annullat,declaratq́ue,citationem non arctaſſe ipſum
Regem ad ueniendum, cum notoriū eſſet ipſum fuiſ
ſe citatum ad ciuitatem Piſanam, quæ odio notorio
Regem proſequebatur, ac etiam Rex erat tranſitu-
rus per exercitum magnum Imperatoris ipſi Regi
notoriè inimicum : ergo ſiue Rex potuiſſet mitte-
re procuratorem, ſiue non, idem dicendum eſt per
illum text. Nec obſtat, ſi diceretur, quòd text. il-
le, qui eſt fundamentum huius concluſionis, non
meretur ad caſum noſtrum allegari, quia ideò ſim-
pliciter annullauit, & declarauit citationem Regis
ipſo iure non ualuiſſe, & Regem citatum nō arctaſſe
abſque eo,quod cōſideret Regē ibi potuiſſe per ꝓcu-
ratorem comparere, quoniam Rex in caſu illo etiā
ſi uoluiſſet per procuratorem comparere ad allegā-
das cauſas cauſæ, non potuiſſet, eiuſq́ue comparitio
non fuiſſet admiſſa,cum ibi contra Regem ſuper cau
ſa capitali procederetur ex crimine læſæ maieſtatis
aduerſus principem commiſſo,pro quo pœna mor-
tis,& publicationis omniū bonorum erat imponēda
l.quiſquis.C.ad legē iul.maieſtat.c.uergentis. de hæ-
45 retic.& c.fœlicis.de pœnis.in 6.in † qua cauſa non ad
mittitur procurator, ut in l.penult.§.ad crimē cū ſi-
milibus ibi nota.ff.de publ.iudi.l.1.ff.an per aliū cau.
appella l.2.C.qui accuſa.nō poſſ.l.de fide.C.de falſis.
c.ueniēs.de accuſa.c.tuę.de procurato.c.in criminali
bus. 5.quæſtio. 8.& c. abſens 3.quæſt.9.cū ſimilibus.
ergo poſito, quòd in caſu d.clemen. paſtoralis text.
præſupponat Regem non debuiſſe per procuratorē
comparere, propterea quod eramus in caſu, in quo
procurator comparere non poterat, non tamē negat
ille text.quin in cauſis, in quibus regulariter procura
tor poteſt admitti,citatus, qui etiam eſſet notoriè im
peditus, teneatur per procuratorē cōparere, ꝓſertim
quando

quando eſſet citatus, ut per ſe, uel per procuratorē cō
pareat, & loca, & itinera, quæ regi tuta non erant, eſ-
ſent tuta procuratori, ut in d.c. cum dilecti. de dolo, &
contuma. & per Angel. in d.l.2. §. quod diximus. ff. ſi
quis cautio. Sed nos ſumus in cauſa matrimonij, in
qua regulariter procurator admittitur. d.c. tuę. de pro
curato. & cap. 1. ut lite non conteſta. ergo ex illo text.
non infertur, ꝙ Rex in caſu noſtro non debuerit ſal-
tem mittere procuratorem, quoniam ſi propter noto
ria impedimenta excuſatur à ueniendo perſonaliter,
non tamen à procuratorem mittēdo. Præterea in ter
minis d. clemen. paſtoralis. impedimentum notoriū
concernit perſonam iudicis, & ab eius mero facto ꝓ-
ceſſit, nil mirum itaque, ſi ibi citatus nō fuit arctatus
ad comparendum, nec ad allegandum, ſeu probādū,
impedimenta, ut ibi uolunt Imo. Petr. de Anch. Abb.
& alii, & confirmatur ex iis, quæ uoluit Gofre. in d. c.
ex parte. il 1. de appel. per Archid. in d. c. ſiue de con-
iugij. 33. q. 2. & Abb. in d.c. ex parte. dū faciunt differē
tiam, an defectus proueniat à facto iudicis, an aliun-
de. Quia his omnibus reſponderi poteſt primo, † ꝙ
47 qn̄ impedimentum eſt iuſtum, & probabile, ut eſt, qn̄
quis eſt citatus ad loca non tuta, quamuis poſſit per
ſe, uel per procuratorem comparere, ſe periculo ſubij
ciendo, tamen ipſe per ſe nō cogitur perſonaliter cō-
parere, nam quis ad ſe periculis ſupponendum non
arctatur. d.l.2. §. ſi quis in iudicio. d. clemen. paſtora-
lis. & Bar. in d.l. fin. cum ſimilibus ſupra allegatis, er-
48 go nec tenebitur procuratorem deſtinare, quia † ad
hoc, ut citatio arctet citatum, debet eſſe facta ad loca,
ſeu per loca, quæ ſint tuta nō ſolum procuratori, ſed
ēt domino, adeò ꝙ ſi domino tuta non eſſent, non te
neretur procuratorem mittere, quicquid dixerit Bar.
in d. §. ad crimen, qui communiter reprobatur, uelu-
ti dicam infra in reſponſione quarti argumenti. Præ-
terea Barto. in d. §. ad crimen. etiam in hoc caſu quā-
uis dicat citatum teneri admittendum procuratorē,
ſeu excuſatorem cū mandato ad allegādas cauſas ab
ſentiæ, non tñ uult ipſum teneri admittendum procu
ratorem in cauſa, & negotio principali, ut ibi ꝑ eum.
49 Tertio reſpondetur, ꝙ cū † ſimus in cauſa graui, hoc
eſt in cauſa matrimonii iuxta c. 1. de conſang. & affin.
& per Abb. & alios in d. c. q̄relam. de procu. Item cau-
ſa ſit multum intricata, & inuoluta, q̄ facile per pro-
curatorem expediri non poſſet, & magis interſit expe
diri per ipſum Regem melius informatum, quam ꝑ
procuratorem iuxta not. per Innocen. in d. c. quere-
lam. & per glo. in d.c. ſi ægrotans. 5. q. 3. & in l. fi. C. de
procurat. quāuis Rex ipſe, qui iuſtè eſt impeditus etiā
probabili, & neceſſario impedimento, poſſit ꝓcurato
rē mittere, non tamen cogitur, nec tenetur de iure,
ut eſt tex. in d.c. querelā. & ibi Inn. gl. & doct. in d. c. ſi
ęgrotans. glo. in cle. 1. de foro compet. & Inn. & Abb.
in c. fi. de dilat. cū ſimilib. infra allegandis, & facit id,
quod uoluit Abb. poſt alios & docto. cōiter in d.c. ex
50 parte. il 1. in 2. col. de appella. in gl. 1. qui dicit, † ꝙ ſi lo
cus tutus ſit procuratori, & non domino, citatio non
arctat citatum ad comparendum etiam per procura-
torem, quia locus debet eſſe utriq; tutus, alioquin ſe-
queretur, ꝙ dominus citatus in cauſa graui, & ardua
compelleretur procuratorem conſtituere ꝯ d.c. que-
relam. de procurat. & hoc placet Abbati, qui dicit cō-
muniter approbari, ergo infertur, ꝙ in terminis no-
ſtris Rex non cogitur procuratorem deſtinare. Quar
to reſponderi poteſt & iudicio meo ſatis concluden-
51 ter, ꝙ obiectio ſupra facta non obſtat, quia † ille text.
ex quo ſimpliciter, & indiſtinctè declarat citationem
nullam, & Regem citatum non arctare propter impe
dimentum notoriū, innuit, & ita communiter intel-
ligitur, ꝙ etiam ad euitandam contumaciā Rex non
debuit excuſatorem mittere, prout debuiſſet, ſi impe
dimentum non fuiſſet notorium, ut in d. §. ad crimē.
in d.c. ueniens. & in l. ſeruū. §. publicè. ff. de ꝓcura. nā
ſicut in caſu. d. clem. nō debuit procuratorē mittere
in cauſa, quia eramus in cā, in qua procurator de iure
non admittebatur, ita nec excuſatorē propter locum
notoriè non tutum. Ex prædictis ergo infertur, ꝙ in
cauſa, in qua procurator regulariter admitteretur, ci
tatus non teneretur mittere procuratorem ad cām ꝓ
ſequendam, quia ſi non tenetur mittere excuſatorē,
52 multo minus procuratorē in cā, cū † facilius conſti-
tuatur, ſeu mittatur excuſator, quā procurator, ut ꝓ-
batur in d.c. querelā. in d.l. pen. §. ad crimen. in d.c. ue
niens. in d. §. publicè. & in d.c. fi. de dilat. ubi ēt in cri-
minalibus, in quibus quis non pōt procuratorē mitte
re, tenetur tñ mittere excuſatorē. Et hoc modo iudi-
cio meo uoluerunt inducere illum tex. in d. clem. pa-
ſtoralis. gl. & doc. in d. c. præterea. de dilatio. q̄ indu-
ctio, & reſponſio eſt de mente Ioan. de Imo. in d. cle.
53 paſtoralis. in gl. in uerſi. notorio. in 11. col. q † ꝑ gl. ibi
dicit, ꝙ aſſignato loco notoriè non tuto non ſolum
poteſt appellari, uerum etiam ſine appellatione cita-
tio non arctat etiam nulla exceptione oppoſita, ut ui-
detur apertè per illum tex. probari, quam glo. Imola
benè notandam eſſe dicit, cui quamuis aduerſari ui-
deatur, ꝙ licet locus non ſit tutus, tñ iuriſdictio ipſo
iure non ceſſat, & conſequenter citatus deberet ueni
re ad opponendum. c. ſuper literis. de reſcrip. l. ſi qs.
ex aliena. ff. de iudi. l. 2. ff. ſi quis in ius uocā. nō ier. &
45 maximè, qa † notorietas licet à probatione excuſet,
non tñ ab oppoſitione excuſat ad no. per gl. in clem.
appellanti. de appella. & in c. accedens. il 1. ut lite non
conteſta. & l. ſi adulterium. cū inceſtu. §. idē pollioni.
ff. de adult. tamen pro reſpōſione dicendū eſt, ꝙ ſi lo-
cus notoriè non ſit ipſi principali, tutus, tunc etiā ab
opponēdo excuſatur; & id, quod dicitur, ipſum debe-
re uenire ad opponendum, eſt uerum, quādo non eſ-
ſet notoriū, ut in d.l. ſi quis ex aliena. iuncta. glo. & ibi
Bart. & in d.l.2. cum ibi not. Item illud uerum eſt, quā
do tutè uenire poſſet, ſed aliud impedimētū notoriū
obſtaret. At quando locus non eſſet tutus, tunc cita-
tus tutè uenire non poſſet, & ſic impoſſibilitas illum
excuſaret, & exceptio huiuſmodi haberetur pro op-
55 poſita, ſicut dicitur † de conditione, quæ non poteſt
impleri, quæ habetur pro impleta. c. imputari. de reg.
iur. in 6. & l. 1. C. de inſtitut. ſubſtitut. ſub cōditio. fac.
nam ex quo non ſtat per eū, quominus opponat, ha-
betur pro oppoſita, ut dicit text. in c. ex conqueſtio-
ne. & ibi gloſ. de reſtitu. ſpoliat. ubi autem citatus poſ
ſet mittere excuſatorem, tutius quidem eſſet illum
mittere: ſed ex quo notorium eſt de impedimento,
ſi hoc iudici quomodocūque conſtat, excuſatur pars
ab opponendo, quia iudici ſufficit ipſum de impedi-
mento citati certificari, ut eſt caſus. in l. quæſitum. ff.
de re iudic. & nota. in d. c. querelam. nam qui certus
eſt, non eſt ulterius certiorandus. c. cum qui. de re-
gu. iur. in 6. & ideò ex quo iudici conſtat de notorio
impedimento ipſius citati infertur, quòd nec uera,
nec ficta contumacia adeſt, & conſequenter proceſ-
ſus factus non ualet: & hæc eſt ueritas ſecundū Imol.
in d. clement. paſtoralis. & ibi Abb. & Petr. de Ancha.
colum. 7. & facit id, quod uoluit Bartol. in d.l. fin. co-
lum. 3. ff. de in integ. reſtitut. Præterea in caſu d. clem.
paſtoralis. citatio fuit nulla non ſolum ob impedimē
tum notorium, quod perſonam iudicis cōcernebat,
ſed etiam propter impedimentum notorium, quod
alium, hoc eſt ciuitatem Piſanam concernebat. ¶ Se-
56 cundo principaliter † induco tex. in c. fi. de dilatio. iū
ctis iis, quæ ibi dicit Innoc. ubi citatus à Papa alterna-
tiuè ad curiā, ſi de iure ex aliqua cauſa iuſta non noto

ria excuſetur, ut quia habeat ius reuocandi domum
iuxta c.fi.de foro competen.propter cauſam neceſſa-
riam ,& utilitatem publicam continentem,ut ibi,nō
tene tur per ſe,nec per procuratorem comparere,ſed
ſufficit,ꝙ mittat, ſeu relinquat excuſatorem cū man
dato ad allegandas exceptiones excuſatorias, & idē
probatur in d.c.querelam.de procurat.ubi in cauſa ar
dua,& graui,qualis eſt iſta,citatus neceſſario impedi
mento detentus non cogitur procuratorem ad cām
proſeqnendam conſtituere, dummodo mittat excu-
ſatorē cū mādato:& ſi hoc dicimus in caſu, in quo cā
excuſationis non eſt notoria,à fortiori hoc uerū erit,
quando cā,ſeu impedimentū eſſet notoriū,nā ſtante
notorietate impedimenti quis magis excuſatur à mit
tendo procuratorē, quàm quando impedimentū nō
eſſet notorium,ut uidetur fateri docto. omnes, quos
latius infra referā.Præterea ſi in caſu, quo impedimē
tū non eſt notoriū,citatus nō tenetur mittere, niſi ex
cuſatorem,ut in d.c.fi.in d.c.querelā.& c.cū parati.in
fi.de appellat.ergo quando adeſſet impedimentū no-
toriū,& maximè loci non tuti, citatus non tenebitur
ēt mittere excuſatorem ad hoc, ut impedimēti iuſti
notorietas aliquid operetur, prout in hoc aliqd plus
operatur, magiſque excuſat, ueluti doct.oēs fatētur.
¶ Rationibus quoq;,& argumētis hæc noſtra opinio
57 comprobatur,& primo, † nam quando uocatus ī ius
eſt notoriè impeditus iuſto, & neceſſario impedimē-
to pura infirmitatis, uel impedimento probabili, ut
ob loca nō tuta,uel alia huiuſmodi impedimenta,tūc
ſi iudici ut iudici eſt notoriū, non requiritur, ꝙ cita-
tus,uel alius eius nomine aliquid opponat, quia ipſe
iudex dēt de facto ſupplere ad tradita per Io. de Imo.
in d.cle.paſtoralis.& ibi gl. in uer. notoriū: & hoc in
caſu citatus non tenetur mittere ēt ſimplicē nunciū,
ſeu excuſatorem, ut infra dicetur in ſequenti articu-
lo,& uolunt docto.omnes in c.2.de dilatio.ubi dom.
Ant. Io. de Imo. Abb. & alij infiniti ex mente Innoc.
ibi per tex.in d.cle.paſtoralis. Si ergo uerū eſt, ꝙ hoc
in caſu citatus non teneatur mittere nunciū,nec ſim
plicem excuſatorē,minus tenebitur mittere, ſeu con
ſtituere procuratorē inſtructum ad cauſam proſequē
58 dam,quoniam † in paribus terminis poteſt quis ma-
gis mittere excuſatorē ad allegādas cauſas abſentię,
quàm procuratorē inſtructū ad allegādas cauſas cau-
ſæ,ut probatur in l.reos.C.de accuſa.in d.l.penul.§.ad
crimē.ff.de publ.iudi.d.l.ſeruū.§.publicè.d. c.ueniēs.
de accuſa.c.cum parati.in fi.de appel. d. c. querelā.de
procur.§.reos.cum glo.5.q.3.& habetur per Vincen.
Abb.antiquū. Hoſt. Io.And. & Abb. Siculū in d.c. cū
dilecti.in 2.colum.c.fi.de dilat.& c. ſi quis 65. diſt. cū
ſimilib.Sed Rex,qui fuit curiam citatus, notoriè fuit
impeditus iuſtis & probabilibus impedimētis, & ma
ximè ob loca nō tuta, itē pp multa mala,& ſcandala,
quæ oriri, & contingere poſſent, ut articulatum fuit,
59 ergo &c.¶ Secundo † hæc duo parificantur, uel ꝙ ci-
tatio expreſſam iniuſtitiā in ſe contineat, uel ꝙ de in
iuſtitia iudici ut iudici notoriè conſtet, ut uoluit In-
nocen.quem docto.communiter ſequuntur in d. ca.
præterea, & ibi do.Ant. Abb.Imo. & moder. & Abb.
in d.c.ex parte il 1.de appella.in fi.uerb. Bar.in d.l. fi.
60 de in integr.reſtit.cum ſim.infra allegandis.Sed † quā
do in citatione fuit expreſſus error iuris,& iniuſtitia,
ut quia ſeruus dominum ſuum citauerit, & hoc expſ-
sè in citatione conſtet,uel in citatione expreſſum ſit,
ꝙ citatus ueniat ad reſpondendum excommunica-
to, uel ſuo ſpoliatori, tunc citatio eſt ipſo iure nulla,
& nullo modo arctat citatum ad comparendum per
ſe,uel per procuratorem.l.2.in fin.ff. ſi quis in ius uo-
ca. non ier. ut uolunt Innocen. Ioan. Andr. Hoſtien.
do.Anto.Ioā.de Imo.Abb.& omnes in d. c. præterea.

& facit in ſimili id, quod habetur in l. ſi expreſſim. ff.
de appellatio.& quod dicitur de nūciatione no.ope-
ris per Bar.& alios in l. 1.in prin.ff.de noui oper.nun-
cia.iuncta.d.l. 1.in fin.cum ſequē.& in l.de pupillo.§.
ſeruo. eodem titu. ac etiam quod dicitur de excom-
municatione, quæ expreſſam, ſeu notoriam cōtinet,
ut habetur per glo.& docto.in c. ſententia. 11. quæſt.
3.& melius in c.per tuas.ubi Abb.in penul.col. de ſen
ten.excommunicatio.ergo idem dicendum eū,quā-
do notorium eſſet de iniuſtitia citationis, & de iuſto
61 impedimento citati. ¶ Tertio † quando ſumus in cā
graui,& ardua, ſeu inuoluta, & intricata,& citatus eſt
iuſtè impeditus,poteſt,ſi uult, conſtituere procurato
rem,ſed non cogitur,ut in d. cap. querelam .& in cap.
fin.de dilatio.quoniam quādoque intereſt citati cau
ſam agitari potius per ſe, quàm per procuratorem.l.
fin.C.de procur.glo.in d.c. querelam. & ibi Innoc.&
in d.c.fi.glo.in d.c.epiſcopus.& docto. poſt glo. in d.
cle.1.de foro competen. Item impedimentum noto-
riam etiam per ſe tribuit excuſationem à mittendo p
curatorem,ut ſupra,ergo ſi hæc ſimul concurrant, ui
delicet grauitas cauſæ,& notorie impedimenta, cita
tus magis erit ab hoc excuſandus, quoniam quæ non
proſunt ſingula,multa iuuāt,& duplex funiculus ma-
gis ſtrīgit,quàm ſimplex c.1.de treuga, & pace, auth.
itaq;.C.communia.de ſucceſſ. gloſſ. in c. accedens.il
2.ut lite non conteſta.& glo.fin.in cap.exhibita de iu
diciis:& ad propoſitum facit id, quod uoluit Innocē.
in d.c.fi.de dilat.dicens quaſi circa finem, ꝙ quando
quis eſt citatus alternatiuè,et per ſe, uel per procura-
torem cōpareat, & tempus ſufficiens habuit ad utrū-
que, ſibi imputaretur, ſi cām ſaltem per procuratorē
non fuiſſet proſequutus, niſi ipſe citatus haberet ali-
quā legitimā excuſationē, puta ꝙ cauſa eſſet ardua,
& grauis,uel aliam, ut in d.c.querelam. de procurat.
Et ibi Inno. etiam poſt principium dicit, quare non
imputatur ei, ex quo dimiſit procuratorem ad alia ne
gotia, uel ad excuſandum abſentem, & non dimiſit
ad proſequendam cauſam, in qua fuerat citatus etiā
alternatiuè in caſu d.c.fin. argumen.c.cum dilecti.de
dolo, & contuma.& in c. conſtitutus. de appellatio.
& per glo.in d.c. ſi ægrotās. Reſpondent Innocen. ꝙ
non poteſt imputari citato, qui non tenebatur proſe-
qui cauſam, & ſic à proſequendo cauſam excuſaba-
tur ex beneficio iuris, quia habebat ius reuocandi do
mum.c. fin. de foro competen. Item quia ardua erat
cauſa, in qua non cogebatur litigare per procurato-
rē.d.c.querelam.ergo grauitas cauſæ,& alia iuſta cau
ſa ſimul faciunt, ꝙ quis non teneatur procuratorem
deſtinare: & hoc clarius uidetur uelle Ioan.de Imol.
in d.c.querelam. limitando Barto. & alios in d.l.2.§.
ſi quis. in iudicio. & in d.l. 1.ff. de diuerſ. & tempo.p-
ſcrip.dum uoluit, quòd quando adeſt iuſtum, & ne-
ceſſarium impedimentum, citatus non tenetur mit-
tere procuratorem, quia hoc ſecundum Imolam de-
bet intelligi, quando eſſemus in cauſa graui,& ardua
p tex.in d.cap.querelam. ¶ Vltimo concluſio prædi-
cta, quam arbitror eſſe cōmunem, corroboratur au-
ctoritate plurimorum, & ferè omnium doctorum,&
62 gloſatorū tàm legiſtarū, quàm canoniſtarum, † pri-
mo.n.hoc fuit originale dictum Inno.quem alij com
muniter ſequuntur, in d.c.præterea.de dilat.& ibi Ho
ſtien.& Ioan.Andr.domi.Anto.Ioan.de Imo.& Abb.
Siculus ſequendo Innocen. idem tenuerunt: & hoc
idē uolunt Abb. Ioan. de Imo. & docto. moder.& p-
cipuè do.Præpoſ.Mediolanē.in d. cap.ex parte.il 1. in
2.col.de appellatio.& Archid.in d.c.ſi ægrotans.Spe-
cu.in tit.de citatione in §. 1.uerſi. quid ſi citatus cum
uerſ.item generaliter p ea, quæ hñr in c.cū parati.& in
c.ſi duobus. de appella.& in d. l. nō uidetur.& gl.in c.
ſtatutum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtatutum.in §.cum uero.in uer.non audens. & in uer.
ſecurè.de reſcr.in 6.exemplificando de Guelfo citato
63 ad loca Gibellinorum: item † ꝙ citatus ad locum nõ
tutum non tenetur uenire, etiam ſi haberet literas ſal
ui conductus,vt ibi per gl.per ea , quæ habentur in d.
c.accedens.il 2.ut lit.non conteſt. hoc idem ſequitur
Io.de Imo.in d.cle.paſtoralis.in gl.in uer. notorium,
ubi glo.etiã hoc expreſsè tenet,& expreſſius id uoluit
gl.notabilis in c.ueniens.in gl.fi.de accuſ.& Oldra.in
conſi.43.Abb.& Pet.de Anch.in d.cle.paſtoralis.in 8.
col.& facit id,quod uoluit Inn.in c.præſenti.de reſcr.
Hanc ſentẽtiam ſequuti ſunt etiam cõmuniter doct.
legiſtæ,uidelicet Bar.Io.de Imo.& Alex.in d.l.recuſa
re.§.ſi quis.ff.ad Treb.vbi Alex.in 2.col.hanc opinio-
nem eſſe ueriſſimam atteſtatur per tex. in d.cle.paſto
ralis:idem volunt Bar.& Alex.in apoſtillis ad Bar. in
l.2.ff.de appel.recip. reſpondendo textui in d.cle. pa-
ſtoralis.& Bart.in l.ſciendum.§.1.ff. de legatio.per d.
cle.paſtoralis:& idem eſt etiam de mente ipſius Bart.
in d.l.2.§.ſi quis in iudicio.in fin.remittendo ſe ad di-
64 cta per Inno.in c.pen.de dilat.qui concludit,† ꝙ quo-
modocunque notum eſt iudici quem fuiſſe citatũ ad
locum non tutum,uel citatum eſſe infirmum , etiam
ſi hoc ad notitiam iudicis per ſimplicem excuſatorẽ
deductum fuerit,iudex non poteſt procedere, alioqn
pceſſus eſſet ipſo iure nullus,& hoc in indiuiduo uo-
luit Bar.in d.l.fi.in 3.col.ff.de in integ.reſt. & in l.me-
tus.ff.ex quib.cau.maio. ubi glo.dicit hoc facere pro
cauſis à Papa commiſſis: ergo infertur ꝙ citatus non
cogitur mittere procuratorem in cauſa inſtructũ ad
proſequendum cauſam principalem , ad quod faciũt
etiam ea,quæ habentur per gl.Bart.& alios in l.ſi quis
ex aliena.ff.de iudic. & in l.2.ff.ſi quis in ius voca.non
ier.per illum tex.nam ſecũdum doc.d.l.ſi quis ex alie
na.cum ſi.procedit, quando dubium eſſet de impedi
mento,ſeu de iniuſtitia citationis,ut uoluit glo.& ibi
doc.in d.c.cum parati.& habetur per Innoc.in d.c.ex
65 parte.il 1.in ult.col.uerſi.exempti.ubi inquit,† exem-
ptum citatum teneri comparere allegaturum priuile
gium ſuum d.l.ſi quis ex aliena . ſecus ſi notorium eſ-
ſet de ſua exemptione; quoniam tunc non teneretur
comparere,& ſic abſq; eo, ꝙ per aliquem aliquid op-
poneretur,ſeu allegaretur:& ita declarant Inn. Ioan.
And.& alii,quos ſupra allegaui,in d.c.præterea.de di
latio.& gl.in d.c.ſi duobus.in fi.de app.& glo.fi.in d.c.
66 veniens.de accu.Præterea †.eo ipſo, quod iudex cita-
uit ad loca,ſeu per loca ſpecialiter non tuta, & pericu
loſa,citatus abſq; eo, ꝙ compareat ad cauſam , & op-
ponat exceptionem loci non tuti coram iudice , po-
teſt appellare,quando notorium eſſet impedimentũ,
ut uoluit Inn.in c.pen.de noui ope.nun.in d.c.ex par-
te.il 1.Bar.in d.l.2.col.4.ff.de app.recip. ſecundum ꝙ
declarant Vincen.& Gofre.in c.interpoſita.de appel.
gl.in d.cle.paſtoralis.in uerſ.notorio, & Zen.in cle.1.
in prin.de for.comp.ut ibi refert Cardi.in q.22.Infer-
tur ergo, ꝙ citatus procuratorem , ſeu alium excuſa-
torum mittere non tenetur etiam ad allegandas cau
ſas abſentiæ,& impedimenti: & ita uoluit Ioan.And.
quem refert,& ſequitur Abb.in d.c.ex parte. il 1.in fi.
quartę opinionis, ꝙ non requiratur oppoſitio aliqua,
quando locus non eſt notoriè tutus per text. in d. cle.
paſtoralis,& conſequenter etiam excuſator nõ uide-
tur eſſe neceſſarius, ut uoluit etiam Oldr.in conſi.43.
Ex quorum omnium dictis colligitur concluſio com
munis,& uera , ꝙ ubicunq; notorium eſt de impedi-
mento iuſto citati, ut quia citatus fuerit ad locum no
toriè non tutum,uel aliter ob iuſta,neceſſaria,& pro-
babilia impedimenta notoria ſit impeditus , & tanto
magis,quando omnia ſimul cõcurrerent , citatus nõ
tenetur per ſe,ſeu per procuratorem comparere, nec
etiam excuſatorem mittere ad allegandas cauſas ab-
ſentiæ per prædicta,& maximè per tex. in d.cle.paſto
ralis.¶Sed duo adhuc prædictis obſtare uidentur. Pri
mum, ꝙ doc.& gloſæ de quibus ſupra , loquuntur,qñ
quis fuiſſet citatus ad locum notoriè non tutum,at in
caſu noſtro Rex fuit citatus ad locum notoriè tutũ ,
hoc eſt ad curiam Romanam corã Papa,ex cuius ore
non exit,niſi recta ſententia, quæ nulli contra iuſtitiã
67 parcit c.ex ore.de priui.† Romanaq; curia locus om-
nibus tutiſſimus exiſtit,arg.c.fi.de for.compe. & c.ad
68 Romanam.2.q.6.& † hac ratione nulli conceſſum eſt
illius forum declinare,& maximè in arduis, & graui-
bus cauſis,quarum cognitio ad ſedem apoſtolicã pti
net c.ut debitus.in fi.de app.cum ibi no.c.maiores.de
baptiſ.c.1.c.quanto.de transla.epiſ. & c.quod ad trãſ-
lationem.de offi.lega.ergo in caſu, de quo agitur,nõ
uidetur habere locum id, quod dicunt doct. & gloſæ
in locis præallegatis.Sed ad hoc reſpõderi poteſt pri-
69 mo, † ꝙ & ſi in hac ſpecie non obſtaret impedimen-
tum notorium loci non tuti per prædicta , obſtarent
tamen alia notoria itineris impedimenta iuſta,& ne-
ceſſaria,nec non futura ſcandala,ſeditiones , pluraq;
alia,quæ notoriè conſtarent tendere in damnum uti-
litatis publicæ,& totius regni,& cõſequenter talia eſ-
ſent,quæ etiam ab excuſatore mittẽdo Regem excu-
ſant,ut hr̃ in d.c.præterea.de dila.& Bart.in d.l.2.ff.de
app.recip.& aliis in locis præallegatis, qui non faciũt
differentiam,an quis notoriè ſit impeditus ob locum
nõ tutum,an ob aliud iuſtum,neceſſarium, & proba-
70 bile impedimẽtum.Secũdo rñdeo,† paria eſſe quoad
excuſandum citatum à non comparẽdo,an fuerit uo
catus ad locum non tutum,an tranſiturus ſit per loca
ſuſpecta,& non tuta,qm̃ ſicut locus iudicii debet eſſe
tutus,ita & loca itineris, ueluti ſupra in præſuppoſitis
dictum fuit maximè ex no.per gl.in cle.1. de for.cõp.
cum aliis . Secundum,quod uidetur obſtare,eſt,quia
71 † Inn.& alii omnes,quos ſupra allegaui, in d.c.præte-
rea.de dilatio.uolunt, ꝙ ad hoc,ut notoriè impeditus
nõ teneatur etiam excuſatorem mittere , requiratur,
ꝙ de impedimento loci non tuti, ſeu de alio notorio
conſtare debeat iudici,ut iudici , & aduerſario,ut ad-
uerſario:ergo inferri uidetur, ꝙ ſaltẽ neceſſarius erit
excuſator,qui impedimẽtum notorium alleget,pro-
ponat,& probare ſe offerat iuxta ea , quæ uoluit Abb.
in d.c.querelam.in 2.col.Alex. & Im. in d.l.recuſare.
Bar.& alii in d.§.ſi qs in iudicio.& in d.l.2.ibiq; Alex.
in apoſtil.ff.de app.recip.Abb.& alij in d.c.ex parte.&
72 in d.c.præterea.& † ideò in caſu noſtro Card. in d.cle.
1.in prin.de for.compe.in q.22.dicebat, ꝙ licet noto
rium excuſet ab onere probandi quid eſſe notorium,
non tamen excuſat ab onere proponendi, & probãdi
id notorium eſſe ad tradita per gl.in clem.appellanti.
de app.& habetur in c.accedens. il 1.vt lite non cõte.
& propterea neceſſe eſt dicere ex mẽte doctorum , ꝙ
requiratur aliquis , qui hoc coram iudice ipſi iudici ,
& aduerſario proponat , alioquin non poſſet dici eſſe
notorium iudici,vt iudici,nec aduerſario,ut aduerſa
rio,arg.eorum,quæ habentur in c.iudicet.per glo.&
docto.3.q.7.& tex.cum ibi nota.in cap. ſi ſacerdos.de
offic.ordin.c.paſtoralis.§.quia uero. de offic.delegat.
& in c.quod ſicut.de electio. erit ergo neceſſe dicere,
quòd ſaltem neceſſarius ſit excuſator iuxta d.c.quere
lam.d.cap.fina.de dilatio.d.l.penulti.§. ad crimen.de
publi.iudic.l.reos.C.de accuſa.c.ueniens.extra de ac-
cuſa.& l.ſeruum.§.publicè.ff.de procurator.Sed huic
ſecundę obiectioni poteſt reſponderi primo,vt eſt de
mente Abb.domi.Anto.& Ioan.de Imo. in d.c.præte
rea.& eiuſdem Abb.Imo. & Moder. de quibus ſupra,
in dicto capit.ex parte.il 1.ac etiam Ioan. de Imol.in
d.clemen.paſtoralis.in gloſſ.in verſic.notorio, quòd
quamuis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quamuis notorium non excuſet ab onere proponen-
di,& probãdi coram iudice illud notorium eſſe,alio-
quin non diceretur conſtare iudici,vt iudici, nec ad-
uerſario,ut aduerſario , ueluti proximè dicebam,ta-
73 men† quando defectus, ſeu impedimentum notoriũ
reſpicit ipſam citationem,quæ eſt principium, & fun
damentum iudicii iuxta tex.Inſt.de pœna teme.litig.
in fi.& in rub. extra de iudi. & in rub.ff.de in ius vocã.
tunc non requiritur etiam excuſator cum mandato
iuxta d.c.querelam.cum ſi.ſed ſufficit , quòd quilibet
de populo etiam ſine mandato,& ſic ſimplex excuſa-
tor ad excuſandum abſentis contumaciam compa-
reat,arg.d.l.ſeruum.§.publicè:& hoc eſt, quod uolũt
Inn.do.Anto.Ioan.Andr.Imol.& Abb. in d.c.præte-
rea.qui concludunt,excuſatorem etiam non eſſe ne-
ceſſarium, quia intelligunt de excuſatore cum man-
dato,non autem excludunt,quin requiratur aliquis ,
ut unus de populo , qui pro abſente impedito noto-
rium proponat, & hęc fuit mens Innoc.in d.c.præte-
rea.ueluti in terminis declarat Bal.in d.l.2.§.ſiquis in
iudicio . in ulti.col. & iſta faciunt ad deciſionem du-
74 bij ſequentis.Vel ſecundo dicendum eſt,† quòd ſtan-
te huiuſmodi notorio loci non tuti,ſeu alterius iuſti,
& neceſſarii impedimenti,citatio eſt nulla,& ipſo iu-
re non arctat citatum ad comparendum per ſe , uel p
alium,& proceſſus,qui fieret,eſſet ipſo iure nullus, ut
habetur per Ioan.de Imol. in d.cle.paſtoralis.col.11.
in gl.in verſi.notorio,& eſt de mente Abb.& Petri de
Anch.ibi,& Abb.poſt Ioan.And. in d.c.ex parte.in fi.
quartæ opinionis , & ibi in finalibus uerbis , & ita uo-
luit Bar.in d.l.fi.ff.de in integ.reſtit.in 3.col.& † ad id,
75 quod dictum,eſt notorium allegari, & proponi debe
re d.gl.in cle.appellanti.& habetur in d.c.accedens.il
1.in gloſſ.1.cum ſimilibus.dicit Ioan.de Imo. in d.c.
præterea.in ulti.colum.ex mente Innocen.ibi, quòd
hoc fallit,quando defectus notarius, & impedimen-
tum notorium loci non tuti reſpiceret ipſam citatio-
nem,quæ eſt principium,'& fundamentum totius iu-
dicii per tex.in d.cle.paſtoralis.ſecus ergo eſſet; quan
do defectus notorius aliud concerneret, nam tunc
proponi,& allegari deberet d.gl.in cle.appellanti. &
in d.c.accedẽs.il 1. & idem in terminis uoluit d. Ant.
in d.c.præterea.qui eodem modo, magisq; diffusè ibi
in 9.col.reſpondet.Nec obſtat,ſi dicatur , notoriũ nõ
excuſare à proponendo , quia hoc uerum non eſt, qñ
notoriè conſtabat citationem in ſe non ualere . Sed
præſuppoſita ualiditate citationis, non excuſaretur
quis ſaltem à proponendo notorium,ut eſt de men-
te Abb.in d.c.ex parte. il 1.de app. qui melius ad pro-
poſitum loqui nõ poſſet: hoc idem uolunt,& ſequun
tur doc.omnes,& maximè mod. & inter alios Cardi.
Alex.in 2.col.in d.c.ex parte. & Abb. ibi allegat text.
76 cum glo.fi.in c.bonæ.il 2.de elec.vbi† citatio illegiti-
ma non arctat citatum etiam ad allegandum priuile-
gium ſuum , & conſequenter citatus non tenetur ali-
quem etiam excuſatorem mittere:iſtud idem uolunt
Fel.Maria.Soc.& Aret.in d.c.ueniẽs.de accuſ.& Abb.
& Pet.de Anch.in d.cle.paſtoralis.in 8.col.¶ Vlterius
ꝙ Rex non teneatur procuratorem mittere ad proſe-
77 quendam cauſam in curia,oſtendo . Nam † vbicunq;
ſumus in cauſa ardua,& citatus eſt iuſto,& neceſſario
impedimento impeditus, tũc nec per ſe,nec per pro-
curatorem comparere tenetur,ſed ſufficit,ſi ſimplicẽ
excuſatorem mittat,ut uoluit Io.de Imo. in d.c. que-
relam.& per hoc limitatur,& declaratur id,quod uo-
lunt Bar.& alii,dum dicunt, quòd impeditus iuſto,&
neceſſario impedimento non tenetur procuratorem
mittere per tex.in d.§.ſi quis in iudicio. & in l.ſi quæſi
tum.cum gl.ff.de re iud. quia illud procedit,quando
eſſemus in cauſa graui,& ardua,ſecus ſi in leui p text.
in d.c.querelam. qui ſic propriè loquitur , exemplifi-
cando,ut facit Bar.in d.l.1.& in d.§.ſi quis in iudicio.
& in d.§.ad crimen.& in d.l.fi.ff.de in integ.reſti. & p
hoc dicto facit id,quod in terminis uoluit Inno. in c.
fi.de dila.limitando,& declarando tex.in c.cum dile-
cti.de dolo , & contu. prout etiam illum ſupra dedu-
xi , qui expreſsè ſentit , ꝙ ſimplex arduitas cauſæ non
excuſet à mittendo procuratorem , niſi concurreret
etiam alia iuſta cauſa neceſſaria,per quam citatus ha-
beret ius reuocandi domum, ut eſt caſus in d.c.fi.iun
cto c.fi.de foro comp.& per illum text.in d.c.fi.de di-
latio.iunctis nota.per Inn.poſt princip.ac etiam in fi.
uerſi.colligitur.hoc procedere,etiam ſi quis in ardua
cauſa citatus eſſet alternatiuè,ut per ſe, vel per procu
ratorem comparere deberet,quia text.in d.c.fin.pro-
priè loquitur in hoc caſu,& iſtud voluit Abb.in d.cle.
1.in 2.col.de foro compe.Sed Rex impeditus eſt non
ſolum probabili,ſed etiam neceſſario impedimento,
78 quoniam † neceſſarium dicitur non ſolum impedi-
mentum infirmitatis,uel ſimile,ut in d.§.ſi quis in iu
dicio.& ibi Bar.& in d.l.1.ff.de diuer.& temp. præſcr.
& in d.§.ad crimen.ſed etiam illud,quod reſpicit uti-
litatem publicam,& commune bonum loci,ſeu pro-
uinciæ,vt eſt tex.in d.c.fi.de dilat.iunctis no. per Inn.
ibi in prin.in uerſi.uocatus,qui dicit , hæc fuit proba-
bilis,& neceſſaria cauſa, & tamen ibi ſecundum doc.
omnes, erat cauſa concernens utilitatem publicam:
idem voluit Bar.in d.§.ſi quis in iudicio.& in d.l.1.ff.
de diuer.& temp.præſcri. allegando l.eandem.§.1.ff.
de legatio. ad caſum , quando impedimentum eſſet
neceſſarium:idemq; ſentiunt doc.in d.l.1.C. de reſti.
mili.& ita in terminis uoluit Bart.in d.l.fi.in 2.col.ff.
79 de in integ.reſtitu.item† ſumus in cauſa ſeparationis
matrimonii quoad fœdus,quæ grauis cauſa eſſe dici-
tur c.1.de conſangui.& affini.ibique doct. & in termi
nis habetur per Abb.do.Anton.Imo. & ſcriben.alios
in d.c.querelam.& in d.c.ſi ægrotãs.ergo ſequitur, ꝙ
Rex procuratorem ad proſequendam cauſam deſti-
80 nare non tenetur.¶ Accedat ad hæc , † ꝙ ubicunque
impedimentum etiam longum , & neceſſarium , ſeu
probabile , & iuſtum non ſuperueniret poſt citatio-
nem,& litẽ motam,ſed ante,& præcipuè ſi cauſa gra-
uis,& ardua eſſet,tunc citatus non cogitur procurato
rem in cauſa principali deſtinare,ut uoluit Abb.in d.
c.cum dilecti.in 4.col.Felin.in c.accedens. il 2.ut lite
non conteſta.in 3.colum.Areti.in conſi.16. in 4.col.
cum aliis,quos infra allegabo in reſponſione tertii ar
gumenti,& ita tenent Cyn.& Albe.in l.1.C.de reſtit.
mili.ubi aſſignant rationem,& in indiuiduo hoc etiã
dixit ibi Iacob.Butrig.quando cauſa eſſet neceſſaria,
& probabilis,& utilitatem publicam concerneret: &
in indiuiduo ſic loquitur text.in d.c.querelam. quòd
ex quo citatus tempore citationis,& ſic ante litẽ mo-
tam erat infirmus,& cauſa erat ardua , non teneatur
mittere procuratorem in cauſa , dũmodo mittat ex-
cuſatorem,per quem tex.ita in terminis uoluit Alex.
81 in d.l.2.§.ſi quis in iudicio.in 3.col. Quinimmò† quã-
do impedimentum ſuperueniret poſt litem motam,
& cauſa eſſet ardua,citatus non teneretur procurato-
rem mittere ad tradita per Alex. in d.§.ſi quis in iudi-
cio.in 2.col.& fuit dictum Io. de Imo. in d.l. quæſitũ.
de re iudic. Minus ergo tenebitur,ſi impedimentum
fuiſſet ante litem motam,argumento no.per Bart.in
d.l.1.ff.de diuer.& tempo.præſcrip. per Alex. in d.§.ſi
quis in iudicio.in ulti.col.l.eandem.§.1.ff.de lega. &
Salyc.Cyn.& alii in d.l.1.C.de reſti.milit. Sed in caſu
noſtro Rex,qui fuit citatus,impeditus fuit iuſto,& ne
ceſſario,ac etiam probabili impedimento , ut ſupra,
illudque impedimentum non ſuperuenit poſt, ſed
ante citationem , & cauſa erat ardua , igitur quam-
uis

uis impedimentum non eſſet notorium, ac eſſet lon-
gum, prout in dubio præſumi debet, per Alexādrum
d.§.ſi quis in iudicio. in 2.col. non cogetur procurato
rem deſtinare per tex. in d.c. querelam. & ibi gloſſ.
¶Prædictis tamen plura aduerſantur, & in primis ra-
tio illa, quam ponit Abb. in d.c. querelam. in 2.col. &
in d.c. cū dilecti. in 4.col. quòd ſi impeditus iuſto im-
pedimento non teneretur ſaltem procuratorē tranſ-
mittere, hoc tēderet in generale præiudicium aduer-
ſarii, cuius ius facilè perire poſſet, quod non eſt dicen
dum argumēto c. eſt iniuſta. 34.q.4. & eorum, quæ di-
xit Bar. in d.l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in 2. co-
lum. ff. de nou. ope. nun. cum aliis ſupra allegatis. Sed
82 reſpondetur primo, quòd† hæc ratio militare poſſet,
quando non eſſet notorium de iuſto impedimento,
hoc eſt de loco non tuto, & de aliis legitimis cauſis,
& excuſationibus citati, & impedimentum ſuperue-
niſſet poſt citationem, & non eſſemus in cauſa graui,
83 & ardua, alioquin ſecus, quia† in huiuſmodi cauſis in
tereſt citati potius per ſe, quam per procuratorem cō
parere, vt dicūt gl. & doc. in d. c. querelam. in ver. detē-
tus, habetur in l. fi. C. de procu. & per gl. in d.c. ſi ægro-
84 tans. & per Inno. in c. expoſuit. de dilat. ubi uoluit, † ꝙ
quando quis eſt citatus ad curiam, quæ eſt commune
forum, quantum ad hoc, ut nullus illud declinare ua-
leat, ut per ſe, uel per procuratorem compareat, & tē
pus habuit ſufficiens ad utrunque, quamuis regulari-
ter à contumacia non excuſaretur, tamen ſi haberet
aliquam legitimam excuſationem, ut magnitudinis
cauſæ, uel aliam iuxta ea, quæ habentur in d.c. quere-
lam. excuſaretur, nec teneretur per ſe, nec per procu-
ratorem comparere, ut ibi per Inn. & habetur per gl.
in c. epiſcopus. il 1. 18. diſtin. & in c. peruenit. ead. diſt.
iunctis ijs, quæ ſupra dixi per no. per Imo. in d.c. que-
relam. & in d.l. quęſitum. & per Alex. in d.l. 2. §. ſi quis
in iudicio. Secundo reſpōdeo, ꝙ nullum irrogaretur
præiudicium parti aduerſæ, ſi non poſſet agere, durā-
te legitimo impedimento rei citati, quia non ualenti
agere, & iuſtè impedito tempus nō currit, nec ius pe-
rit c. quia per diuerſitatem. de conceſ. præb. & l. 1. in fi.
85 C. de annali exce. cum ſi. & † ſi diceretur, ꝙ ex quo im-
pedimenta Regis, ut de ſe patet, diu, & ad uitam regis
ſunt duratura, & prout in dubio lōga debere eſſe à iu-
re præſumuntur ad tradita per Imo. in d.l. quæſitum.
& per Alex. in d. §. ſi quis in iudicio. in 2. col. ius Regi-
næ ſic perire poſſet, ſi non poſſet agere, Reſpōdetur,
ꝙ Regina huic futuro præiudicio prouidere potuit,
agendo in partibus uel coram ordinatio loci, qui de
cauſa huiuſmodi poteſt cognoſcere, c. accedentibus.
de exceſ. prælat. & c. multorum. 35. q. 6. cum ſi. uel pe-
tendo, ꝙ in partibus, & in loco utrique parti tuto cau
ſa per Papam alicui uiro honeſto, & prouido cōmit-
teretur iuxta c. 1. de conſangui. & affi. iunctis iis, quæ
hn̄r in c. cum perſonæ. de priui. in 6. in prin. & eſt text.
not. in d.c. ex parte. il 1. de appel. ibi niſi iudices uobis
86 aſſignent locum idoneum, & ſecurum: & † de hoc eſt
tex. clarus in d.c. accedens. il 2. ut lite non conteſt. ubi
Papa cauſam matrimonialem inter nobiles, & Comi
tes committit in locis propinquis, ad quæ utraq; pars
tutè poſſit accedere hoc in caſu, quo alter ex litigato
ribus denegaret coram primis iudicibus comparere
pp loca nō tuta, & propter metum inimicorū, ut ibi,
& faciunt ēt illa, quæ dicit gl. in c. cū locum. de ſpōſa.
per Inn. in c. pe. de no. ope. nun. per Spec. in ti. de offi.
ord. §. officium. & in ti. de iur. om. iud. §. deſeruit. in 3.
col. ver. item quod locum. c. ſiue de coniugii. 33. q. 2.
87 & facit id, † quod in ſimili dicunt Abb. in d.c. cū dile-
cti. in fin. 5. colum. ex mente Hoſti. ibi, & Henri. Boic.
in d.c. querelam. in 2. colum. uerſicu. quid ergo. & c.
de paupere, qui ratione paupertatis non poteſt ad iu-
dicem per ſe, nec per procuratorem uenire per tex. in
c. 2. de teſti. cogen. & in d.c. ex parte. il 1. de appella. cū
ibi nota. & in c. ſtatutum. §. cum uero. de reſcrip. in 6.
88 † paria. n. ſūt, ꝙ quis ſit impeditus, uel ratione pauper
tatis, uel reipublicæ, uel ob loca non tuta, & itinera
periculoſa, ut in d.l. 2. §. ſiquis in iudicio. & ibi Bal. &
Alex. qui plures allegant, & Cal. in d conſ. 5. Vnde in
89 terminis noſtris † ex quo impedimenta Regis erant
notoria, & eius intererat cauſam tā grauem, & arduā
agitari potius per ſe quā per alium eius nomine, de-
buit Rex citari, eiusq; cauſa tractari, uel corā ordina-
rio loci, uel ſibi à Papa dari iudex delegatus in parti-
bus, uel poteſt Papa legatum in prouincia, & in loco
utrique parti tuto conſtituere, prout in arduis inter
maximos pręcipuè principes facere conſueuit, ut in
caſu. c. nouit. de iudi. & in c. nouit. ibique Innocen.
de appella. cum ſimil. ſupra allegatis. Et ſi diceretur,
ꝙ Regina alibi, quā Romæ, & quā à Papa non ſperat
iuſtitiæ cōplementū conſequi propter potentiā Re-
gis, & ſic nullus locus eſt ei tutus pro iuſtitia admini-
ſtrāda, & maximè cū à Papa pro deciſione huius cau
ſæ aliàs miſſi fuerint legati de latere, & alii iudices, q̃
cauſam hanc diffinire nō potuerunt. Ad hoc pro par
te Regis reſponderi poteſt ſatis eſſe, ꝙ locus ſit ipſi re
90 ginæ tutus, nam † de uiolentia iuris, & iuſtitiæ nō eſt
timendū, cū ſemper de iuſtitia adminiſtranda præſu
mere debeamus. l. 2. §. 1. ff. ſiquis cautio. Ang. in d.l. 2.
§. quod diximus. & alii Docto. ibi eod. tit. & quamuis
alij miſſi à Papa cauſam nō terminauerint, tn̄ alii no
uiter deputādi fortè, diuina prouidentia adiuuante,
illā terminabūt, ut ſæpe in pluribus aliis arduis cauſis
contigit, ut patet ex ijs, q̃ habētur in d.c. accedēs. il 2.
& in d.c. ex parte. il 1. ¶Nō obſtat ēt, ꝙ Rex potuerit
ſe ad ueniendum aſſecurare maximè cū literis ſalui-
cōductus, quas facilè impetrare potuiſſet, ſi petijſſet
à principibus, per quorū territoria tranſiturus erat p
ea, q̃ habentur per Salic. in d.l. reos. C. de accuſat. & p
Imol. in d.l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. & in
d.c. ueniens. ibiq; Areti. in 11. col. de accuſat. & in d.
l. recuſare. & ibi Alex. ff. ad trebell. & per dominos de
Rota in deciſione 315. in antiquis, quia reſpōderi po
91 teſt, ꝙ † attenta, & conſiderata conditione, ac impor
tantia perſonæ Regis, ipſe nō debuit ſe fragilitati ſal
uiconductus cōmittere, ut in d.c. accedens. ubi ple-
nè habetur, & per gloſ. in d.c. ſtatutum. in verſic. ſecu
rè. de reſcript. in 6. qn̄ enim loca, & itinera non ſunt
tuta pp pericula, & inimicitias, ac ſuſpitiones particu
lares, tunc citatus non debet ſe fragilitati literarum
ſaluiconductus cōmittere, ut iuribus ſupra allegatis,
& per gloſ. in d.c. ſtatutū. in d. ver. ſecurè. & in uer. nō
audens, ſed qn̄ non eſſent tuta ob pericula, ſeu guer-
ras, aut ſuſpitiones generales, tunc non excuſaretur
citatus, ſi per ſe, aut per Procuratorem non compare
ret, ex quo cū literis ſaluiconductus ſe aſſecurare poſ
ſet: & ita loquitur d. deciſio 315. per text. in d.c. cum
dilecti. & in d.c. ueniens. ibique do. Anto. & hoc mo-
do declarant Moder. in d.c. ex parte. il 1. in fi. & Imo.
& Alexand. in d.l. recuſare. & probatur in d. c. acce-
dens. ¶Non obſtat, quòd ſi Rex per ſe cōparere non
potuit, ſaltem debuit procuratorem ſufficientem cō
ſtituere, qui pro eo compareat, loca enim quæ erant
illi ſuſpecta, non erant ſuſpecta procuratori, & ideò
non uidetur excuſandus. d.c. cū dilecti. & Alex. in d.
l. recuſare. col. 3. c. conſtitutus. de appella. & glo. in d.
c. ſi ægrotans. & pręſumendū eſt propter potentiā, &
diuitias Regis, ꝙ facilè in curia potuiſſet procurato-
rē habere, cū nummis oīa pareant, ut eccleſiaſt. c. 16.
& per Abb. in d.c. cū dilecti. in fin. 5. col. & quamuis
probato impedimento pro parte citati ad hoc, ut is
procuratorem mittere teneatur, neceſſe ſit, ꝙ aduer-
ſarius

ſarius probet, citatum facilè, & commodè potuiſſe in
loco idoneum, & commodum procuratorē habere,
& inuenire, tamen ſufficit, ꝙ probet locum eſſe inſi-
gnem, ut habetur per Bar. in l. idemque. ff. pro ſocio.
92 Quia reſponſio ad hæc ex prædictis colligitur, † nam
ubi notoriè quis citatur ad locum non tutum in cau-
ſa ardua, & graui, non tenetur per ſe, nec per procura
torem comparere, & in caſu iſto non procedit diſpo
ſitio d. c. cum dilecti. ut per Imo. & Alex. in d. l. recuſa
re. in 2. col. & eſt tex. in d. clem. paſtoralis. cum ſim. iã
allegatis: uel dicas, ut colligitur ex no. per Inn. in c. fi.
de dilatio. ꝙ diſpoſitio d. c. cum dilecti. & c. conſtitu-
tus. de appella. & gl. in d. c. ſi ægrotans. non procede-
ret, quando concurrerent ſimul grauitas cauſæ, & a-
liud iuſtum, ac neceſſarium impedimentum, & ma-
ximè, quod publicam utilitatem cõcerneret, ut ibi ꝑ
Inn. poſt prin. & in fin. per illum tex. quem ita intelli-
go, uel quando adeſſet impedimentum iuſtum, & ſo
lum probabile, & eſſemus in cauſa graui, & impedi-
mentum extitiſſet ante litem motam, tũc citatus qs
non poteſt per ſe comparere, nec tenetur ẽt procura-
torem ad cauſam mittere, ut uoluit Alex. in d. l. 2. §. ſi
quis in iudicio. qui ſic declarat, & intelligit tex. in d. c.
querelam. & facit. l. eadem. §. 1. ff. de leg. & ibi Bart. &
in d. l. 1. ff. de diuer. & temp. præſcrip. Reſponderi etiã
põt, ꝙ hæc obiectio fortè poſſet procedere, quando
ſolum obſtaret impedimentum itineris, & loci non
tuti, ut in d. c. cum dilecti. ſecus quando ẽt alia impe
dimenta neceſſaria obſtarent, prout obſtant in caſu
noſtro, quia tunc ita facilè non inuenit procuratorẽ,
ſicut excuſatorem, ad tradita per Vincen. antiquum,
Ioan. And. Hoſt. & Abb. Siculum in d. cum dilecti. in
93 2. col. in notabilibus. Quinimmò † Alexã. in d. §. ſi qs
in iudicio. poſt Imo. ut dictum fuit, indiſtinctè uoluit
ꝙ in cauſa ardua, & graui impeditus iuſto, & neceſſa
rio, ſeu probabili impedimento non teneatur procu
ratorem mittere, quia magis intereſt cauſam per ſe, q̃
per alium tractari per tex. in d. c. querelã. ubi hoc vo-
luit Inn. & id uerius eſſe dicit Alex. quod comprobat
arguẽdo à ſpeciali de cauſa electionis, quæ eſt ardua,
in qua procuratorem quis mitteue tenetur d. c. cum
dilecti. & ibi per Abb. & alios, & Alex. in d. l. 2. Archi.
gl. & doct. in d. c. querelam. & in d. c. ſi ægrotans. & ita
tenent gl. in d. c. epiſcopus. il 1. 18. diſt. & Inn. in c. ex-
poſuit. circa fi. de dilat. ibique Abb. in 5. col. gl. in cle.
1. de foro cõpeten. & ibi Io. de Imo. & in d. l. quæſitũ.
de re iud. Infertur ergo regulariter ſec⁹ eſſe, arg. l. ius
ſingulare. & l. quod uerò. ff. de legibus. Idem cõfirma
94 tur ex iis, † quæ dicunt doct. in cauſis requirẽtibus ce-
leritatẽ, in quibus procurator debet conſtitui, ſi cita-
tus non poſſit perſonaliter comparere, & hoc eſt ſpe
ciale in his cauſis, ut per Oldrad. in conſilio 223. per
Bart. in d. §. ſi quis in iudicio, in d. l. 1. ff. de diuer. &
temp. præſcrip. & per docto. in d. c. ſi ægrotans. ergo
aliud de iure communi eſſe dicetur, quod in cã graui
quis procuratorem mittere nõ teneatur, & maximè,
quando ultra grauitatem cauſæ obſtarẽt alia impedi-
menta, & præcipuè loci, & itineris non tuti per prædi
95 cta. Præterea † tex. in d. c. cum dilecti. loquitur, quãdo
citato obſtarent diſcrimina uiarũ generalia, quæ nõ
excuſant, ut ſupra præſuppoſui, & habetur per Abb. &
Aret. in d. c. ueniens. de accuſat. in notabilibus: ſed pe
ricula uiarum, & alia impedimenta particularia be-
ne excuſant à comparendo etiam per procuratorẽ,
ueluti ſupra dictum fuit. Ex prædictis itaque omni-
bus concludo, Regem non teneri ad comparendũ
per ſe, nec per procuratorem in curia Romana, & ꝑ
cipuè coram iudice delegato. ¶ Supereſt nũc, ut obie
cta ſuperius in principio deducta remoueantur, quo
rum ſolutio licet ex antedictis colligi poſſit, tamen
ſpecialius, & ſingulis diuiſum reſpondendo; dico pri-
mum argumentum nõ obſtare, quia communiter re-
96 probatur, non † enim refert, an quis ſimpliciter fuerit
citatus, an uerò alternatiuè, ꝙ per ſe, uel per procura-
torem compareat, nam ſi adſit tale impedimentum,
quod ſoleat à comparendo per ſe, & per procuratorẽ
excuſare, non eſt differentia in modo citãdi, ut uoluit
Inn. in d. c. querelam. ſequitur Arch. in d. c. ſi ægrotãs.
& alii doc. ibi communiter, & Henr. Boic. in d. c. que-
relam. in ulti. col. & Ioã. de Imo. in d. l. quæſitum. ff. de
re iudi. & Alex. in d. l. 2. §. ſi quis in iudicio. omnes im-
pugnant hanc theoricam, quòd non referat, an quis
ſit citatus ſimpliciter, an uero alternatiuè, ut ex prædi
ctis colligitur, & probatur in d. c. fi. de dila. ſecundum
inductionem, quam ſupra feci. Præterea & ſecũdo re-
ſpondeo, ꝙ quando quis eſſet alternatiuè citatus, &
uellet excuſatorem mittere ad allegan da impedimẽ-
ta, non excuſaretur, niſi mitteret procuratorem ſuffi-
cientem ad totam cauſam per rationem d. c. cum di-
lecti. ſecus ſi excuſatorem cum mandato non mitte-
ret, quia tunc quilibet ad excuſandum admitteretur,
ut infra dicetur: text. adhæc in d. c. cum dilecti. proce-
dit in cauſa electionis propter magnum periculum,
quod ex uacatione eccleſiæ reſultare poteſt, ut ibi per
Abb. & per docto. & in d. l. quæſitum. & in d. c. ſi ægro-
tans. cum ſi. ſupra allegatis, ergo in aliis ſecus dicen-
dum eſt. Tertio quando cauſa eſt ardua, etiam citatus
alternatiuè, ſi notorium ſit de impedimento iuſto, &
neceſſario, ut de loco, & itinere non tuto, ſeu de alio
neceſſario impedimento nõ arctatur ad mittendum
procuratorem ſecundũ Io. Fantuc. in d. c. ſi ægrotans.
& faciunt, quæ habentur per gl. ibi, & per Inno. in d. c.
querelam. cum aliis ſupra plenius allegatis. Vel reſpõ
deas, ut ſupra proximè dictum fuit. ¶ Non obſtat ſecũ
dum argumentum, quòd citatus à Papa ſi non poteſt
per ſe, tenetur ſaltem per procuratorem comparere,
& ita aliqui intelligunt tex. in d. c. cum dilecti. ut ſupra
97 latius dixi, quia reſpondetur primo, quòd † hæc intel-
ligentia ad d. c. cum dilecti. non placet Abbati ſiculo
ibi in fin. 3. col. quia Papa non præſupponit aliquid ibi
ſpecialitatis ineſſe reſpectu perſonæ Papæ citãtis, ſed
tex. ille ſe in hac ratione fundat, ꝙ ẽt data legitimita-
te impedimenti citatus debeat procuratorem mitte-
re, ſicut mittere potuit nuncium, & excuſatorẽ, argu-
mento d. c. conſtitutus. de app. & eorum, quæ uoluit
gl. in d. c. ſi ægrotans. quæ ratio militat, ſiue quis fuiſ-
ſet citatus à Papa, ſiue ab inferori: & ita ĩ terminis uo
luit Inn. in d. c. expoſuit. extra de dila. ubi etiam uide-
tur tex. & ex uerbis ſuis reſponderi poteſt illi rationi,
quæ conſideratur in d. c. cum dilecti. in d. c. conſtitu-
tus. & in gl. d. c. ſi ægrotans. ut ſupra dictum fuit. Prete
rea non eſt ueriſimile, quòd Papa ſimpliciter citando
uelit auferre priuilegium cuicunque cõpetens, quòd
procuratorem conſtituere non compellatur, argu-
mento. c. ex parte. il 2. de offi. deleg. c. ſuper eo. eod. ti.
& l. 2. §. ſi quis. ff. nequid in loco pub. & gl. etiam in d.
c. cum dilecti. in hoc non perſiſtit, dum dicit, ꝙ nec
Papa hic ꝓceſſit ſuper principali, & ita reſidet ibi Ab-
ba. idemque eſt de mẽte doctorum in d. c. ſi ægrotãs.
& conſequenter ratione loci, & itineris non tuti, &
ob ſcandala, ac pericula magna, ex quibus Rex à Pa-
98 pa † citatus eſt legitimè impeditus, Papa, qui aliàs eſt
iudex inter omnes, & præſertim inter Reges d. c. no-
uit. & habetur in c. ut debitus, ubi latè per Doct. maxi
99 mè moder. de appella. & † qui ſolus de maioribus cau
ſis cognoſcit. c. per uenerabilem. qui fil. ſint legit. c. ꝙ
translationem. de offic. delegat. c. 1. & per totum de
translatio. epiſco. c. maiores. cum ibi not. de baptiſ. ꝑ
ſe non cognoſcit, ſed per delegatos ſuos, & maximè
cum in terminis noſtris quamuis cauſa ſit ardua, &
grauis

grauis,ut ſupra,non tamen eſt de maioribus,quarum
cognitio ſoli Papæ ex priuilegio ſedis apoſtolicæ eſt
reſeruata,ut dicitur in d.c. 1.in d. c. quod trãslationẽ,
100 ac etiam in d.c. maiores. Nam † de huiuſmodi cauſa
fœderis matrimonii , & ſeparationis etiã per inferio-
res cognoſci poteſt , ut in c. accedentibus.de exceſſi.
prælat.in c.ut lit.non conteſtat.& in c. ſi pro debilita-
te iunctis iis,quæ ibi dicit Abb.& in c.cum cauſam cũ
101 ſimilibus.de offic.deleg.Nam † aliquæ dicuntur cau-
ſæ graues,& arduæ,quia ſunt de maioribus reſeruatis
Papæ in priuilegium ſedis apoſtolicæ d.c.1.c.quanto.
de translat.epiſ.& d.c.quod translationẽ . & dicuntur
maiores reſpectu aliarum,quæ nõ ſunt de reſeruatis,
ut ibi.Aliquæ uerò dicuntur graues, & maiores reſpe
ctu leuium,& minorum,& de his loquitur tex. in d.c.
querelã.& glo.in d.c.ſi ægrotans. & in d.c. epiſcopus.
il 1.quòd citatus,qui non poteſt per ſe comparere,nõ
teneatur etiã procuratorẽ mittere,& ideò ſiue de his
cauſis per Papam , ſiue per inferiorem cognoſcatur,
idẽ erit,ut citatus pp impedimenta excuſetur à com-
parendo per ſe , uel per procuratorem ad tradita per
Innocen.in c.2. & in c.fin. de dilat. & per glo.in locis
præallegatis:& ad prædicta faciunt ea , quæ habentur
per Abb.in c.2.de maio. & obed. qui hanc differentia
inter cauſas maiores conſiderat . Tertio dici poteſt,
102 † obiectionem,de qua ſupra , fortè poſſe procedere,
quando quis à Papa immediatè citatus eſſet, & ita lo-
quitur tex.in d.c. cum dilecti. ſecus ſi ab inferiori , ut
habetur per Io.Fantu.& Domin.in d.c. ſi ægrotans,&
Henricum Boic.in d.c.querelam. in ult. col. Sed Rex
in caſu noſtro non fuit immediatè citatus à Papa , ſed
ab eius delegato,qui eſt inferior,ut clarum eſt, & pro
batur in c.ſuper quæſtionũ.§.ſi uero.cum ſimil. de of-
fic.deleg.& plenè per moder.in rub.eod.tit.ergo &c.
Sed aliæ reſponſiones magis placent. ¶Nõ obſtat ter
tium argumentum,ꝙ quando impedimentum eſt lõ
gum,ſeu perpetuum,quis teneatur ſaltem procurato
rem mittere, cum propter impedimentum unius nõ
debeat alteri præiudiciũ fieri , nec ius alterius perire,
103 ut ſupra, quia reſponderi poteſt primo † hoc nõ pro-
cedere,quando quis eſſet impeditus propter loca , &
itinera notoriè non tuta, & cauſa eſſet grauis,ut dictũ
fuit,nam tũc doctores,quos allegaui, indiſtinctè uel-
le uidentur,quòd non teneatur mittere procuratorẽ,
nec excuſatorem per tex.in d.clem.paſtoralis.Secun-
do an impedimentum ſit perpetuum,uel temporale,
uidetur procedere , quando impedimentum contin-
geret,& proueniret ſimpliciter propter priuilegium,
& dignitatem perſonæ citatæ, ſed non quando proue
niret ex alia iuſta cauſa,ut eſt de mente Bar.in d.l.1.ff.
de diuer.& temp. præſcrip. nam quando propter pri-
uilegium perſonæ, Bart.diſtinguit.an impedimentũ,
ſit temporale an perpetuum , & non in alio caſu. Vel
tertio dici poteſt, ꝙ quando impedimentum eſt lon-
gum,ſeu perpetuum , prout in dubio præſumitur per
Imo.in d.l.quæſitum.& Alex.in d.§.ſi quis in iudicio.
& cauſa eſt grauis,tunc impeditus non tenetur procu
ratorem mittere , ſi impedimentũ tẽpore citationis,
& ante litem conteſtatam extabat, niſi ad effectũ præ
ſcriptionis interrũpendæ,ut in terminis uolunt Abb.
in d.c.cum dilecti.in 4.col.& Alex.in d.§. ſi quis in iu
dicio.in 2.col. qui dicit hoc eſſe ex mente Imol. in d.
l.quæſitũ.in 3.col.per tex.in d.c.querelam.ubi de hoc
eſt caſus:idemq́; uoluit Imol.in d. c. cum dilecti. col.
ult.& in d.c.querelam.in 3.col. Aret.in cõſ.16.in 4.co
lum.& indiuiduo hoc uolunt Cyn. Alber.& Saly.in l.
1.C.de reſti.milit.ubi loco Butrig.hoc indiſtinſtè uo
luit,qñ quis fuit impeditus ex cauſa neceſſaria, & pro
babili , & cõcernente utilitatẽ publicã : & id ſequitur
Fel.in c.accedens.il 2.ut lite non cõteſt.in 3 . col. & in
terminis Inno.in c.fin.de dilat.& Bar.in d.l.1.ff.de di
uer.& temp.præſcr.Sed in caſu noſtro quamuis impe
dimentum ſit longum,tamen cauſa eſt grauis, & im-
pedimentum tempore citationis extabat , ergo &c.
104 ¶Et dum dicebatur , quòd † ex quo Rex propter ſuã
illuſtrem dignitatem prohibetur perſonaliter com-
parere etiam ſub pœna miſſionis cauſæ,ut in d.l.pen.
cum auth.ibi poſita, & in corpore , unde ſumitur. C.
de procurat. cum ſimilib.ſequitur, quòd in eo aliud
impedimentum conſiderari non poteſt , quoniã & ſi
uellet comparere,non poſſet ob iuris prohibitionem
105 Reſpondetur primo,quòd † ex quo Rex fuit à Papa al
ternatiuè citatus ad curiam in cauſa matrimonii , &
ſic in cauſa ſpirituali,quæ legibus ſecularibus,& impe
rii non ſubiicitur iuxta nota.in c.1.de noui oper.nun.
& per Innocen.& alios in c. quæ in eccleſiarũ de cõſt.
cenſetur ſecũ diſpenſatũ,ut non obſtante ꝓhibitione
d.l.pen.cum ſim.poſſit per ſe cõparere,attento maxi-
mè ꝙ diſpoſitio d. l. pen. quæ eſt lex imperialis , locũ
ſibi nõ uendicat in cauſis ſpiritualib.& in foro eccle-
106 ſiæ pẽdentib.maximè corã Papa,† cui magis,quã cui
libet alii parendũ eſt,ſecundũ quod habet in c.epiſco
pus.18.diſ.& in c.cum parati.per gl.& doct.in prin.de
appel. & facit id,quod uoluit Hoſt. ibiq́; Abb. in c.fi.
107 de iura.cal.Præterea† diſpoſitio d.l.pen. cum authen.
ibi poſita,& in corpore.unde ſumitur,locum nõ hẽt,
quando illuſtris,ut eſt Rex, eſſet citatus coram Impe
ratore,eiusq́; tribunali,& minus , quãdo eſſet citatus
108 coram Papa,† qui ſupra omnes Reges, & princeps eſ
ſe dicitur.c.omnis anima.de cenſibus.c.2.c.ſolitæ.de
maior.& obed.c.cuncta per mũdũ,& c.nemo.9. q. 3.
& per Inn. Abb.& omnes in c.1.de conſtit. & per Bal.-
in l.reſcripta.C.de precibus imper.offer.Nam quan-
do illuſtris,ſeu Rex uocatus eſſet coram Imperatore
ſeu Papa,ceſſaret ratio.d.l.pen. & auth.ibi poſitæ , de
qua per gl.ibi,& in corpore,nã Rex citatus coram Im
peratore , ſeu Papa ſimul cũ illo ſedere non deberet,
ſicut ſederet cum alio inferiore, arg.d. c.ſolitæ. cum
ſim.& ille tex.in d.l.pen.cum d.auth. loquitur expreſ
sè, quando illuſtris eſſet uocatus coram inferiori iu-
109 dice,& non coram principe. † Ex quibus infertur , ꝙ
cum Rex potuerit per ſe comparere, non obſtante ꝓ
hibitione prædicta,in perſona ſua poſſunt conſidera-
ri,locũque habere aliqua impedimenta neceſſaria,&
probabilia,propter quæ comparere nõ poſſit,nec te-
neatur,ſicut in qualibet alia perſona citata.¶Reſpõ-
deri ẽt poteſt quarto, argumento , ꝙ Rex impeditus
eſt comparere ex pluribus cauſis non modo probabi
libus,ſed ẽt neceſſariis,ut conſtat ex articulis , in qui-
bus aliqua iuſta impedimenta allegantur,quæ imme
diatè utilitatem publicam concernunt, ut dictũ fuit,
110 ex ratipne publicæ utilitatis neceſſaria cẽſetur ꝑ tex.
iunctis uerbis Inn.in d.c.fi.de dilat.& arg.eorum,quę
uoluit Bar.in d.l.1.ff.de diuer.& temp.præſcr.& in d.
§.ſiquis in iudicio.& in terminis ipſe id uoluit in d.l.
fi.in 2.col.ff.de in integ.reſt. & hic cauſa eſt grauis,er
go Rex citatus procuratorem mittere non tenetur ꝑ
prædicta,item quia non eſt conſuetum, ꝙ Rex exeat
regnum uagando per loca , & regna aliorum princi-
pum,alioquin ſequi poſſent, ſibique imminere ſcan-
dala,& pericula,& ſeditiones in regno,& inter ſubdi
111 tos,& † ideo ipſi Regi non dicitur eſſe licitum recede
re,quia Rex id,quod non eſt conſuetum, tentare nõ
põt,quando ſcandalum,& aliquid contra utilitatem
Regni,& ſubditorũ reſultare poſſet. c. quanto.de iu-
reiur.etiam ſi contra ſuum iuramentũ ueniret,nã ta
le iuramentũ contra publicã utilitatẽ ſeruari nõ dẽt
d.c.quãto.iuncto.c.ſi diligẽti.de foro competẽ.cũ iis
quæ ſupra ad propoſitũ dicta fuerunt.Et poſito,quòd
impedimentum loci , & itineris non tuti, ac alia im-
pedi-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

pedimenta eſſent duntaxat probabilia,& nõ neceſſa-
ria,ut uoluit Bar.in d.l.pen.§.ad crimẽ. tamen nõ eſt
uerum id,quod dicit ibi Bar.ꝙ teneatur excuſatorem
112 cum mandato mittere, quia† contrarium uolunt Io.
de Imo.& Bal. in d.§.ad crimen.& in d.c.ueniens.ibi-
que Aret.in col.10.& Ang.in diſputa.incip.Bononiẽ
ſis,qui dicit, ꝙ licet durum eſſet ab opinione Bar. re-
cedere,tamen contraria ſententia eſt in puncto iuris
uerior.Et hoc maximè uerum eſt,quãdo hmõi impe-
dimentum loci,& itineris non tuti eſſet notorium,&
prçſertim ſi cauſa eſſet ardua,ut clarè uoluit Aret. in
d.c.ueniens.col.11.ibique Fely.& Maria.iunctis ẽt ſu
113 pradictis.Item quia† ſi excuſator ſine mãdato in qua
cunque cauſa ẽt ardua admittitur ad allegandas exce
ptiones iuris declinatorias notorias,ut ꝑ Bar.in l.ſer-
uum.§.publicè.ff.de procurat.Ang.in l.ſi filius.ff.qui
ſatiſda.cog.Inn.in d.c.ueniens.reſpondendo tex.in l.
exigendi.C.de procurat.multo magis debebit admit
ti ad allegandas cauſas,& impedimenta facti tantum
14 probabilia notoria,quia † facilius quis ſine mandato
admittitur ad opponendum impedimenta facti,quã
iuris,cuiuſmodi sũt exceptiones declinatoriæ,ut per
Bar.ĩ d.§.ad crimẽ,& latius ꝑ Are.ĩ d.c.ueniẽs. Præte-
rea Rex ĩ caſu nr̃o nõ ſolũ eſt impeditus ob loca non
tuta,& ſic ob impedimentũ probabile,ſed etiã ob im-
pedimentum neceſſarium , ergo non cogitur procu-
ratore mittere, quamuis impedimenta ſint longa , &
diu duratura,ex quo cauſa,quæ agitatur, eſt grauis,&
ardua per tex.in d.c.querelã.& per Abb.in d.c.cum di
lecti.& per alia plura allegata ſupra in 2. argumento.
& in reſponſione tertii argumenti contrarii. Poſſe ẽt
fortè reſponderi,quòd Bar.in d.§.ad crimen nõ dicit,
quòd probabiliter impeditus teneatur mittere procu
ratorẽ ad cauſam,prout nos quærimus , nam cum lo-
quatur ibi in cauſa criminis,in qua non poteſt procu-
rator comparere ad defendendũ.d.c.ueniens.& c.tuæ
de procur.profectò ipſe noluit dicere,quòd probabili
ter impeditus teneatur procuratorem ad cauſam cri-
minis mittere,ſed uoluit facere differentiam in cauſa
criminis,in qua nõ poteſt procurator interuenire, an
quis ſit in neceſſario,an uerò in probabili impedimẽ
to conſtitutus quoad excuſatorẽ mittendum,quia ſe-
cundo caſu ſecundum eum nõ admittitur excuſator
ſine mandato ad allegandum cauſam impedimenti
quod an ſit uerum , infra latius in ſequenti dubio di-
cetur, quoniam plurimi,& fortè magis cõiter doctor.
contrarium tenent , ueluti etiam proximè dixi. ¶ Nõ
obſtat quintum fundamentũ de deciſi. Rotæ. 729. in
nouis,qui omiſſa reſponſione quorundã dicentium,
115 quòd † deciſionibus Rotæ ſtandum non eſt, in cauſis
terminandis,niſi quatenus iure , uel ratione proben-
tur,ut dicitur de aliis auctoritatibus gloſarum,docto
rum,& Gratiani,ut habetur per Ioan.And.do.Anto.
Abb.Fely.& alios in c.2.de reſcrip. & per Bar. in l.ne-
mo.C.de ſenten.& deciſionibus Rotæ ponitur ꝑ Do.
de S.Gem.in c.neque 9. diſt. & in c. duobus.in 6.col.
de reſcrip.in 6.ibique doctor.communiter,primo di
116 ci põt,ꝙ† illa deciſio procedit,quando quis eſſet cita
tus non ſimpliciter,nec alternatiuè, ſed ꝙ perſonali-
ter uenire deberet , quo caſu excluditur,ut poſſit per
procuratorem comparere,ut per Imo. Abb.do.Ant.
& gl.in d.c.fi.de dilat.& per Imo. in d.l. quæſitum. cũ
ſim.Secundo illa deciſio procedit, quando non con
ſtaret notoriè de iuſto , & neceſſario impedimento,
quo caſu citatus tenetur legitimè comparere , alio-
quin contra eum , ut contra contumacem procedi
poteſt, Inn.Hoſt.Ioan.And.Do.Anto.Abba.& Imol.
in d.c. præterea.de dilat. ſecus ſi citatus eſſet notoriè
impeditus,ut ibi per eos,& ſupra plenius dictum fuit.
¶ Pateret iam ex prædictis reſponſum ſexto argumẽ-
117 to,quia† ubi impedimentum & maximè loci,& itine
ris non tuti eſt notoriũ,& cauſa, in qua fit citatio, eſt
grauis,& ardua, indiſtinctè quis procuratorem mitte
re non tenetur,& ut infra dicetur, quilibet etiam ſine
mandato eſt ad excuſandum admittendus,qm̃ aduer
ſario ius ſuum proſequi uolenti prouiſum eſt,ut aliàs
ſupradixi,nec aliter dicere uolunt Aret.& Hoſt.in d.
c.ueniens.& Alex.& Ioan.de Imol. in d.l.recuſare.ff.
ad trebellia. ꝙ ubi citatus impeditur ratione loci nõ
tuti,& itineris periculoſi, & cauſa eſt ardua,nõ excu-
ſatur,ſi non mittat procuratorem,quia hoc uerũ eſſe
poſſet,quando impedimentũ nõ eſſet notorium,ſed
quando notoriè de illo conſtaret , tunc excuſaretur,
nec procuratorem mittere teneretur , ut ibi per eos,
& alios,quos ſupra allegaui.Præterea & melius quan
do magnitudo , & arduitas cauſç cũ alio iuſto, & ne-
ceſſario impedimento concurreret, tunc quis procu
ratorem mittere non tenetur d.c.querelam.& eſt ca
ſus in d.c.fi.de dila.& ita ĩtelligit, & declarat Alex.in
d.l.2.§.ſi quis in iudicio.in 2. colum. & eſt de mente
Inn.in d. c. fi. poſt prin. & in fin.& id,quod uoluit gl.
quam ſequitur Pau.de Caſt.in l. ſi quis inſtituatur.in
fin.ff.de hæred.inſtit.communiter reprobatur , quo-
niam ſtante neceſſario , & iuſto impedimento quis
procuratorẽ mittere non tenetur,ut per Imo.& alios
ibi.¶ Septimum quoque ſundamẽtum fuit ſupra ſub
118 latum,quia † Rex non debuit ſe committere fragili-
tati ſalui conductus per tex.in d.c.accedens. ibiq; gl.
& docto.& plenè Fely. ut lite non conteſta. & per ea,
quæ uolunt Moder.in d.c.ex parte.il 1. de appellat.&
per Aret.in d.c.ueniens.colum.11.Alex.& Imo.in d.
l.recuſare.& eſt gl.in d.c.ſtatutum. §.cum uerò.de re
ſcrip.in 6.& ſic non obſtat dicta deciſio Rotç 315.
¶ Octauum argumentum, quòd ex quo cauſa celeri-
tatem expoſcit , citatus impeditus debet procurato-
119 rem mittere,ex prædictis reſolutum remanet,† quia
ex eo,q; in caſu noſtro notoriè conſtat de impedimẽ
to loci,& itineris non tuti,& cauſa eſt ardua, pluraq;
alia etiam concurrunt impedimenta neceſſaria,infer
tur,q; Rex non debuit procuratorem , nec excuſato-
rem mittere , quia citatio fuit ipſo iure nulla , ut eſt
tex.in d.clemen.paſtoralis.iuncta extrauagan. ad re-
primen.& ibi gl.Bar.n uer.neglexerit,& c. fœlicis. de
pœnis in 6. Secus fortè , ſi notoriè non appareret de
impedimento , ut ſupra:& ita loquuntur docto.in di
cto fundamento allegati . Procedit ergo hoc funda-
mentum,quando cauſa non eſſe ardua,nec inuoluta
nec talis,cuius proſequutionem magis intereſſet fie
ri à procuratore,quam à domino,& impedimentum
non eſſet neceſſarium,alioquin ſecus,argumento eo
rum,quæ habentur in l.fin.C.de procurat.in d. c.que
relam.& in d. c. ſi ægrotans. cum ſimilibus ſupra de-
ductis.Præterea celeritas cauſæ hoc operatur , quan-
do impedimenta eſſent generalia,& non neceſſaria,
& ita propriè loquitur tex. in d. c.cum dilecti.ſecun-
dum uerum intellectum,de quo per Abb.& Aret. in
d.c.ueniens. in notab.ſecus ergo,quãdo adeſſent im
pedimenta neceſſaria particularia , & utilitatem pu-
blicam continentia per prædicta . Vel dici poteſt, ꝙ
tex.in d.c.cum dilecti. habet uarios intellectus,ut ibi
& in d.c.querelam.per docto.& Alex.in d.§.ſi quis in
iudicio , & ideò ex illo non poteſt,argumentum con
cludens aſſumi pro deciſione cauſarum iuxta tex.cũ
ibi not. per Barto.in l.ſi quis.in ambiguo. ff.de rebus
dubiis.Illud autem, quòd ſit ſpeciale in cauſa electio
nis , non placet , quia uulgo dici ſolet hoc eſſe refu-
gium miſerorum gloſſ. in l. filium . quem. C. fami-
lia herciſcunda uel poſito eſſe ſpeciale in cauſa ele-
ctionis , infertur ergo in cauſa matrimonii , & in
aliis regulariter ſecus eſſe , argumento . l. ius ſin-
gulare

gulare, & l.quod uerò, ff. de legibus, & c. quæ à iure
20 de reg.iur.in 6. Item † in d.c.cum dilecti allegabātur
uiarum, & irinerū diſcrimina generalia, quæ in qua-
cunq; cā non excuſant, quin citatus ſaltem procura-
torem mittere teneatur, ut uolunt Abb.& Aret.in d.
c.ueniens in notab.& ſupra dixi. Vel reſponderi pōt,
ꝙ argm̄ fortè procedere poſſet, quando impedimen-
ta non eſſent notoria, & ita propriè loquitur tex.in d.
c.cum dilecti, uel dicas, ut proximè dictum eſt, ex il-
lo non poſſe argm̄ colligi. Vel dicendum eſt, ꝙ ma-
ior ratio, maiusq; periculum uerti pōt in cā electio-
nis epi, & prælati, quam in cā matrimonii, quia in pri
ma uertitur periculum animarum, ut in d.c.qm̄ fre-
quenter, iuncto c.ne pro defectu, de electio.cum ſim.
¶ Non obſtat nonū fundamentū de tex.in c. cū olim
de teſtibus cum ibi.not. per Hoſtien. Aret.& alios, qa
121 reſpondetur primo, ꝗ † cōis opinio eſt, ꝙ quādo quis
eſt impeditus ob locum non tutum, & cā eſt ardua,
citatus non tenetur procuratorem mittere, ut uide-
tur præſupponere ibi Felin.& clarius hoc dicūt Mo-
derniſſ.quidam in addit. ad ipſum Felin. & quamuis
dicant nunquam uidiſſe bonum reſponſum ad text.
in d.c.cum olim, tamē dici poſſet, ꝙ in caſu illius tex.
quis erat citatus ad locum tutum, & idoneum non
modo ipſis partibus, ſed etiā procuratoribus, & ideò
ex quo citatus noluit aliquo modo comparere, non
fuit excuſatus, ſed contumax reputatus. Præterea po-
ſito eſſe uerum id, quod uolunt Hoſtien. Areti.in d.c.
cum olim, & ſequitur Felin.in d.c.accedens il 2.in 3.
col.ut lit.non conteſtat.tamen dico, ꝙ in caſu noſtro
Rex eſt impeditus non ſolum ob loca, & itinera non
tuta, ſed etiam ob alia notoria impedimenta neceſſa
ria, & propterea non tenetur procuratorem mittere,
ex quo cauſa eſt grauis per tex.in d.c.querelam cum
aliis ſupra allegatis, & per Aret.in conſi. 16.in 4.col.
¶ Non obſtat etiam id, quod uolunt Abb.in c.cū oēs
in 5.col.in 3.notab.gl.ubi omnes de uniuerſitate à ci
uitate abſentes ſunt in cauſis grauibus citādi, & ſi im
pediti ſint uenire ob metū tyranni, uel aliter propter
locum non tutum, ſaltem procuratorē mittent, quia
reſpondetur, ꝙ licet poſſint procuratorem mittere,
non tamen coguntur, d. c.querelam cum alijs ſupra
allegatis. Secundo reſpondeo, ꝙ Abb.loquitur, quā-
do quis eſſet citatus ad extraiudicialia, in quibus ſi
citatus non compareret, non poſſet de contumacia
puniri: & propterea licet poſſit per procuratorē cō-
parere, non tamen cogitur, ut dixi: & ſic dictum il-
lud Abbatis non aduerſatur: & hæc quoad primum
dubium ſatis dicta ſint. ¶ Veniendum nunc eſt ad de
terminationem ſecundi, uidelicet præſuppoſito, ꝙ
Rex per ſe, ſeu etiam per procuratorem ad cauſam
principalem proſequēdam comparere nō teneatur,
An ad allegandum cauſas abſentiæ, & impedimenta
facti quilibet de populo, & regno ſine mandato com
parere poſſit, & omiſſa argumentorum multitudine,
122 poſſe concludo. † Nam ſi teneamus, ꝙ Rex fuerit im
peditus ex cauſa neceſſaria, & probabili, qualis eſt cā
reipublicæ, & Regni, quæ ratione publicæ utilitatis
dicitur, & iudicatur cauſa neceſſaria, & probabilis, ut
uoluit Bar.in l.fi.in 2.col.ff.de in integ.reſtit.& in l.1.
ff.de diuer.& tempo.præſcrip. & ſentit Cyn. in l. 1.C.
de reſtit.milit.& Bart. ſimiliter in l.2.§.ſi quis in iudi-
cio.ff.ſi quis cautio.& Iacob.Butrig.in d.l.1.dum alle
gant text. in l. eandē, §. 1.ff. de legatio.ad caſum im-
pedimenti neceſſarij, & colligitur ex tex.in c.fi.de di-
lat.iunctis ibi not. per Innocē.ut ſupra dixi, ſequitur,
ꝙ ad allegandum has cauſas, & hmōi impedimenta
quilibet de regno ſine mandato, & cautione rati ad-
mitti debebit, arg.l.ſeruum, §.publicè, ff.de procu. &
in hanc ſententiā inclinat Inno.in d.c. ueniēs, quem
ibi ſequuti ſunt do.Ant.Io.And.Abb. & alij: idē uo-
luit Bar.& Ioan.de Imol.in d. §.ad crimen, & Salice.
in l.reos, C.de accuſa.& in hoc omnes conueniunt,
ꝙ quando impedimētum eſt neceſſarium, & iuſtum,
quilibet de populo ſine mandato ſit ad excuſandum
admittendus: & dixi quēlibet de populo, qm̄ ad hoc
admitti poterunt etiam minor, fœmina, & infantes,
ac aliæ ſimiles perſonæ aliàs à iure regulariter repro
batæ, ut dicunt Bartol.in d.§. publicè in fi.& ibi gl. &
Pau.de Caſt.& Salic.in d.l.reos, & Inn.in d.c.præter-
ea de dilat. Sed in terminis noſtris Rex impedit etiā
cauſa publicæ utilitatis, uidelicet ne in regno orianē
ſcandala, ſeditiones, & pericula, quæ cauſæ, & impe-
dimenta dicuntur utilitatem publicam concernere,
& ꝯñr cenſentur, & iudicantur iuſta, ac neceſſaria per
prædicta, & c.magnum in fi.11.q.1.tex. cū gl.in uerſi.
aliena in c.ſi ægrotans, 5.q.3. iuncto c.ſi eps 18.diſt.
123 ubi † cauſa, & utilitas regni dicitur neceſſaria, & par
eſt cauſæ infirmitatis, ergo ad proponendas, & pro-
bandas iſtas cauſas, quilibet de populo poterit abſque
124 mandato admitti, † Alioquin ſi iudex nollet talem
excuſatorem admittere, poſſet appellari, ſeu de nulli
tate proceſſus dici, ad tradita per dominos de Rota
in deciſ.15. in nouis, & per Præpoſi. Mediol. in c. ex
parte il 1.in ult.col.ibiq; Abb.in fi.4.opinionis, & in
fi.uer.de app.facit gl.in c.cū locum de ſponſal.& per
Inn.in c.pen.de noui oper. nunc. & per eundem. &
alios in c.2.de dilatio. & plenius per Bart.& oēs in l.
quæſitum, ff.de re iudi. & in extrauagan. ad reprimē.
125 in uer.neglexerit, ubi uolunt, † ꝙ ſi iudex contra ab-
ſentem excuſatum procederet, proceſſus eſſet ipſo
iure nullus, & ſententia non teneret, ut per Bar.in d.
§.ſi quis in iudicio, & Abb.in d.c.querelam in 2.colū.
& in d.c.ex parte il 1.& clem. paſtoralis cum ibi not.
126 de re iudi. ¶ Secundo † quando citatus, qui non tene
tur procuratorem mittere, eſt impeditus impedimē
to etiam non neceſſario, ſed iuſto, & probabili iuxta
ea, quæ dicunt Bar.in d. §.ad crimen, Abb.in d.c.ue-
niens, & Salic.in d.l.reos, tunc etiam in cauſa capita-
li, in qua aliàs regulariter defenſor nō ſolet admitti,
quilibet de populo, & ſimplex excuſator ſine mādato
ad allegrandum cauſas abſentiæ, & impedimenta ad
mittitur, ut eſt de mente Bar. in d.extrauagan.ad re-
primen.in uer.neglexerit, & docto.magis cōiter, ui-
delicet Bal.& Io. de Imol.in d.§.ad crimen, Ioan.de
Imol.& Areti.in 11.col.in d.c.ueniens, Ang.in q.in
cipien.Bononienſis quidam Io. de Anan.Maria. So-
127 zi.& Felin.in d.c.ueniens: & † tanto magis hoc ue-
rum erit, quando impedimentum etiam ſimpliciter
probabile eſſet notorium, & cauſa eſſet grauis, nam
tunc ſine dubio ad illud opponendum, & allegandū
ſimplex excuſator admittendus erit, ut uolūt Maria.
Sozi.Aret.& Feli.in d.c.ueniens, & cauſa eſſet talis,
quæ etiam celeritatem ex iuris diſpoſitione require-
ret iuxta ea, quæ habentur in clem. diſpendioſam de
iudi.ut probatur in d.clem.paſtoralis in uerſic.noto-
128 rium, iuncta d.extrauagan.ad reprimen.nam † cauſa
criminis læſæ maieſtatis eſt ardua, & ualde grauis, l.
quiſquis, C.ad l.Iulia maieſt.& c. fęlicis de pœnis in
6.& celerem expeditionem requirit, ut in d. extraua
129 gan.ad reprimen.& tamen † ſi citatus in tali cauſa eſ-
ſet notoriè impeditus propter loca, & itinera non tu-
ta, quod dicitur eſſe impedimentum probabile, & nō
neceſſarium ſecundum Bar.in d.§.ad crimen, citatio
non arctat citatum, & eſt ipſo iure nulla in tantū, ꝙ ci
tatus nō tenetur procuratorem in cauſa mittere, nec
excuſatorem ad allegandas cauſas abſentiæ, ut eſt
text. in dicta clemen. paſtoralis, per quem ita con-
cludunt docto. communiter in d.c.2.de dilat.& in d.
c.ex parte il 1.Bar.in d.l.fi.in 3.col.ff.de in integ.reſt.
& in

& in l.2.ff.de app.recip.& ibi Alex.Bal.in d.l.2.§.ſi qs
in iudicio,per not.ab Inno.in d.c.2.cũ ſi.ſupra in pri-
mo articulo allegatis. Infertur ergo, ꝙ ſi citatus non
tenetur excuſatorem cum mãdato mittere, ſi aliquis
ut ſimplex excuſator, & unus de populo, ſeu regno
compareat, ille erit admittendus, qm̃ ſi abſq; aliquo
excuſatore iudex nõ põt procedere,& citatio eſt nul-
lius effectus,ſequitur, ꝙ ſi ſimplex excuſator, & ſine
mandato compareat,erit admittendus, & audiẽdus,
cum non eſſet neceſſarius,arg.l.unicæ, C. de rei uxo.
actio.& eorum,quæ uoluit gl.in §.ſed & ſi alijs,in uer.
tranſitu,Inſtit.de liberti. & infra ſtatim dicam. Infert
etiam,† ꝙ ſi hoc uerum eſt,quando impedimentum
130 eſſet dũtaxat probabile,multò magis uerũ erit,quan-
do eſſet etiam neceſſarium,& notorium,prout eſt in
caſu noſtro,arg.eorum, quæ uolunt doct.oẽs, qui in
hoc ſequuntur Bar.in d.§.ad crimen,in 3. col.qui uo-
luit,ꝙ ad allegandum impedimentum neceſſarium
abſentis citati quilibet de populo ut ſimplex excuſa-
tor admitti, & audiri debet,etiam ſi impedimentum
non eſſet notorium,ergo multò magis,ſi eſſet noto-
rium per prędicta: quod confirmatur etiam ex plu-
ribus,quæ adducit Areti.in d.c.ueniens in 11.col. &
inter alia dum dicit.Præterea † ſimplex excuſator fa
131 cilius admittitur ad allegãdas cauſſas facti, quã iuris,
ut ſunt exceptiones declinatorię, ſeu dilatoriæ, ut ꝑ
Inn.in d.c. ueniẽs,& ibi Io.de Anan.in 1.gl.& Bar. &
Pau.de Caſt.in d.l.ſeruum,§.publicè, & in d.§.ad cri-
men: & tamen † ubicũq; exceptiones iuris declina-
132 toriæ, ſeu dilatoriæ ſunt notoriæ ad illas proponẽdas
ſimplex excuſator pro abſente admitti debet Bar.in
d.§. publice: ergo magis admittetur ad allegandas
cãs facti notorias,quia ad hoc facilius quis admittit̃
Inno.in d.c.præterea,in d.c.querelã,& in d.c.ueniẽs.
¶Tertio ſic arguo, † quando de iniuſtitia citationis
133 non apparet expreſsè in citatione,ſed de facto noto-
riè conſtat,ut quia fuerit quis citatus ad loca, ſeu per
loca notoriè non tuta,& periculoſa, uel aliter noto-
riè de alio iuſto impedimento conſtet,tũc citatio nõ
ualet, nec arctat citatum ad comparendũ per ſe,nec
per procuratorem,nec admittẽdum etiam excuſato
rem,qui cauſas abſentiæ alleget, ut uolunt doct.cõi-
ter poſt Inno.in d.c.Præterea,ubi Ant.Ioan. de Imo.
Abb.& alii hoc tenent,quia ſatis eſt cõſtare iudici de
impedimento notorio,abſq; eo,ꝙ citatus excuſatorẽ
cum mandato tranſmiſerit. Ergo infertur,ꝙ † quili-
134 bet ad excuſandũ, & ad allegandum cauſas abſentiæ,
& impedimẽta facti notoria corã iudice erit ſine mã
dato admittendus,arg.d.l.ſeruũ,§. publicè,& d.c.q̃re
lam,iunctis ijs, q̃ ſupra ad hoc allegaui per text.in d.
cle.paſtoralis, §.notoriũ, & ibi gl.in uerſi.notorio,&
Inn.i d.c.p̄terea,poſt mediũ,quẽ Ioã.And.d.Ant.Io.
de Imo.Abb.& alij ſequunt̃,& Abb.in d.c.ex parte il
1.in fi.de app.cũ alijs ſupra in primo dubio deductis.
& ꝯn̄r infert̃,ꝙ q̃libet de populo etiã ſine mãdato ad
mitti poterit ad deducẽdũ ad notitiã iudicis illud eẽ
notorium, ut uoluit expreſsè Bal. qui ſic in terminis
intelligit, & declarat dictũ Inno. de quo ſupra,in d.l.
2.§.ſi quis in iudicio,in ult.col.& facit id,quodvoluit
etiã Inn.in d.c.ex parte il 1. uerſi.exẽpti aũt,de uerb.
ſigni.¶Et ſi diceretur, ꝙ notorium facti quãuis pro-
bari nõ debeat,arg.l.1.in fi.ff.de dot.præleg.cũ ſi.& c.
euidentia,de accuſ.tamen notorium eſſe allegari, &
proponi oportet, clem. appellanti de app.per glo.ibi
in uer.iudicis,& ꝑ Io.And.in c.2.ut lit. non cõteſt.ſu-
per 1.glo.l.ſi adulteriũ,§.idẽ pollioni,ff.de adult.& di
135 xi ſupra.Reſponderi põt,† ut dicunt do.Ant.& Ioan.
de Imo.& alij in d.c.præterea,hoc non procedere,qñ
notoriè de iniuſtitia citationis cõſtaret, quia ad effe-
ctum,ut deducatur ad notitiam iudicis illud notoriũ
eſſe,quilibet etiam ſine mandato eſt admittendus ad
136 proponẽdum illud eſſe notorium,† alioquin talis ex-
cuſator poſſet appellare, ſi eius allegatio,& probatio
non admitteretur ad tradita per dominos de Rota in
deciſ.15.in nouis,d.c.ex parte il 1.cum ibi no.de app.
Inno.& ſcrib.in c.penul. de noui op.nuncia.Bar.in d.
l.2.ff.de app.recip.in l.quæſitum.ff. de re iudi.& in d.
extraua.ad reprimen.in uer.neglexerit, & eſt gl.in c.
cum locum,de ſponſal. vel melius proceſſus à iudice
factus diceretur nullus,quia iudex tenetur illi crede-
re,ex quo excuſator id,quod proponit,offert ſe uelle
probare,ut dicit Abb.in d.c. querelam in 2.col.& ar-
gu.eorum,quæ uolunt Bar.Imol.& Alex.in l.recuſa-
re.ff.ad Trebel.& in d.l.quæſitum,Dyn.in l.1.C.de re
ſtit.milit.Bart. in d.l.2.§. ſi quis in iudicio,& in d.l.2.
ibiq; Alex.in apoſtil.ff.de app.recip. & Bart.& Bal.in
d.§.ſi quis in iudicio, & habetur per Abb. & alios in
d.c.ex parte,il 1.de app.& per Inno.& oẽs in d.c.præ-
terea,& in d.c.penul.& in terminis hoc uoluit Barto.
in d.extrauag. ad reprimen.in uer. neglexerit. ¶Sed
prædictis aduerſari uidetur doctrina Bar.in d.§.ad cri
137 men,ꝙ † quando impedimentum facti eſt probabile
tantum,ut ꝙ locus non ſit tutus, & iter non ſit ſecu-
rum propter hoſtes, & inimicos,tunc excuſator non
debet ſine mandato admitti, quod dictum ſequũtur
Abb.& Salice. Verum ſequendo concluſionem tra-
ditam, poteſt multis modis reſponderi, primo,ꝙ il-
la theorica nõ uidetur uera,ut dictum fuit, & plures,
magisq; cõiter doct. contrarium ſequuti fuerunt,ui-
delicet Bal.Io.de Imol.Ang.Io.de Anan. Marian.So
zin.Felin.Aret.& alii ſupra relati, qui differẽtiã non
faciunt quoad effectum,de quo nos loquimur,an im
pedimentum facti ſit neceſſarium, an probabile: idẽ
eſt de mente ipſius Bart. in d.extrauag. ad reprimen-
dum in uer.neglexerit.Secundo dici poteſt,*ut dixi ſu
pra*,ꝙ hoc non procedit, quando impedimẽtum eſ-
ſet notorium. Vel dici põt,illud dictũ Bar.procedere,
quando eſſemus in cauſa criminis,pro quo eſſet im-
ponenda pœna corporalis, in qua regulariter defen-
ſor, ſeu procurator non admittitur, iuxta l.1.ff.ſi per
alium cauſ.app.& in d.§. ad crimen, & in d.c.ueniens
de accuſa. & quando impedimentum probabile non
eſſet notorium,quia tunc ex quo procurator ad cau-
ſam proſequendam non poteſt de iure interuenire,
admittetur ſaltem excuſator cum mandato ad alle-
gandas cauſas abſentiæ, & impedimenti ex ratione,
l.ſeruũ,§. publicè, ff.de procurat.& l.reos,C.de accu-
ſat. Sed in terminis noſtris licet cauſa eſſet grauis,
tamen procurator in illa regulariter poteſt interue-
nire,c.1.de conſangui.& affin.iuncto c.tuæ,de procu
rato.& c.1.ut lite non conteſtat.item impedimenta
erant notoria,ut in facto præſupponitur,ergo excuſa
tor etiam ſine mandato,& ut quilibet de populo ad-
mitti potuit,tum quia ſtante notorio impedimento
non requiritur etiã excuſator cum mandato, ut per
Innoc. do. Anto.Ioan. And.& alios in d.c. præterea,
cum ſimil.ſupra allegatis, & ideò ut de impedimẽto
notorio conſtet iudici,ut iudici, & aduerſario,ut ad-
uerſario prout uolunt doctor. præallegati, quilibet
de populo ad excuſandum admittetur, tum etiam
138 quia † cum in cauſis criminalibus procurator, & de-
fenſor regulariter non poſſit interuenire, & in cauſis
matrimonialibus regulariter poſſit interuenire, ſe-
quitur, quòd facilius etiam ſimplex excuſator ad
allegandas cauſas abſentiæ admitti poterit in cauſa
matrimonii, quam in cauſa criminali, quoniam in
habẽtibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, l.in rem.
§.item quæcunque, ff. de rei uendicatione, capitu.
quod in dubiis de conſecrat.eccleſ.uel altar.cum ibi
not. & c. quanto, de iudic. Præterea ultra impedi-

mentum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mentum probabile loci, & itineris nõ tuti plura alia
in caſu noſtro concurrunt iuſta, & neceſſaria impedi
menta, qualia ſunt illa, quæ concernunt utilitatẽ pu-
blicam regni, & ſubditorum, quæ cẽſetur neceſſaria
per tex. iunctis not. per Inno. in d. c. fi. de dilatio. cum
aliis ſupra allegatis: ergo ſumus extra caſum Bart. in
d. §. ad crimen. dum loquitur de impedimento ſim-
139 pliciter probabili, quia, ut ipſe ibi uoluit, † quando eſ
ſet impedimentum neceſſarium, tũc indiſtinctè qui-
libet de populo ad excuſandum admittitur per ea, q̃
uoluit Inn. in d. c. ueniens. quod ſequuntur doct. cõi-
ter ibi, & in d. c. ueniens. qui loquuntur in cauſa cri-
minali, & pro qua pœna corporalis eſſet imponenda
in qua regulariter procurator admitti non ſolet, er-
go magis, uel pariter hoc dicendum erit in cauſa etiã
graui, & ardua, ĩ qua regulariter procurator, & defen
ſor cum mandato de iure admitti ſolet, ut eſt cã ma-
140 trimonii. ¶ Sed † præſupponendo, non tamen admit-
tendo, impedimenta in caſu noſtro non eſſe notoria
duo iura p̃dictis adhuc aliqualiter obſtãt, primo text.
in d. c. querelam. ubi in cauſa graui, & ardua impedi-
tus neceſſario impedimento, uidelicet infirmitatis
iuxta no. per Bar. in d. §. ad crimen. & in d. §. ſi quis in
iudicio. cum ſim. quamuis non teneatur mittere pro
curatorem in cauſa, tamẽ tenetur excuſatorem eius
nomine, & ſic cum mandato deſtinare. Secundo ad-
uerſatur tex. in d. c. fi. de dilatio. ubi citatus à Papa ad
curiã alternatiuè in cauſa eccleſiæ, & ſic in cauſa gra-
ui iuxta not. per gl. paruam in d. c. querelam. ĩ impedi
tus cauſa publicæ utilitatis, quæ dicitur eſſe cã neceſ
ſaria, ut ibi per Inn. poſt prin. non dimiſit procurato-
rem ad cauſam proſequendam, ſed ſolum ad allegã-
das, & proponendas exceptiones dilatorias, & excu-
ſationes, ergo in cauſa graui citatus impeditus neceſ
ſario impedimento ſaltem excuſatorem cum mãda-
to mittere tenetur. Et ſi hoc dicimus, quando impedi
mentum eſſet neceſſarium, ergo multo magis, uel ſal
tem pariter dicendum erit, quando eſſet ſolũ proba-
bile, ut tenuit Bar. in d. §. ad crimen. & ſequuntur An
ton. & Abb. in d. c. ueniens. & Sal. in d. l. reos. & prædi
cta uidentur etiam eſſe de mente Bar. in d. l. fi. Inn. Io.
And. Ant. & aliorum in d. c. præterea. & in aliis locis
ſupra allegatis, qui ſolum uolunt citatum non teneri
admittendũ excuſatorẽ, niſi quando impedimẽtum
eſſet notorium, non faciendo differentiam, an illud
eſſet neceſſarium, an uerò probabile, ergo ubi noto-
rium ceſſaret, uidentur expreſsè uelle, ꝙ impeditus
teneatur procuratorẽ, uel ſaltẽ excuſatorẽ mittere ẽt
in cauſa graui, & ardua, ut ibi per eos, & hæc eſſe cõis
ferè oĩum opinio uidetur. Hæc profectò p̃miſſis mul
tum aduerſari uidentur. Vnde pro ſolutione dicen-
dum eſt, ꝙ iura præallegata quãuis præſupponant, ꝙ
neceſſario impedimento impeditus poſſit excuſato-
rẽ cũ mandato mittere, & ſic de facto in caſu illorum
iuriũ excuſator cũ mandato fuerit conſtitutus, nõ ta-
men probant, ꝙ quis cogatur, nec negãt, quin ẽt ſim
plex excuſator, & q̃libet de populo ſine mãdato poſ-
ſit ad excuſandũ comparere, arg. d. l. ſeruum. §. publi-
cè. & d. l. reos. Et hoc modo reſponderi ẽt poteſt iis, q̃
habentur per Inn. & alios in d. c. præterea. cum ſimil.
141 Vel ſecundo dicendum eſt, ꝙ † quando impedimen-
tũ non eſt notoriũ, differentia eſt inter impedimẽtũ
neceſſarium, & impedimẽtũ probabile, ut dicũt Bar.
in d. §. ad crimẽ. Sal. in d. l. reos. Abb. & Aret. in d. c. ue
niẽs. At quando eſſet notorium, tunc non eſt differẽ-
tia, ſed indiſtinctè impeditus non tenetur mittere ex
cuſatorẽ cum mandato, imò quilibet de populo ſine
mãdato admitti põt ad excuſandum, ut uolunt Inn.
& alii in d. c. pręterea. & eſt cõmunis opinio doctorũ,
& gloſarũ tã iuris ciuilis, quàm canonici, ueluti ſupra
in primo dubio ad ſaturitatẽ deduxi. Verũ q̃a, ceſſan-
te notorio, cõtrariũ ex prædictis non benè reſoluitur
cum multum aduerſetur tex. in d. c. querelã. & in d. c.
fi. ueluti proximè dicebam, ideò dicendum eſt, quòd
142 † ad excuſandum citatum probabiliter, & notoriè im
peditum quilibet de populo ſine mandato admitti-
tur abſque eo, quod probet, ſeu offerat ſe uelle proba
re impedimenta ad tradita per doct. omnes in d. c. p̃-
terea, per Abb. & alios in c. ex parte. il i. de appell. per
Bar. in l. fi. ff. de in integ. reſtitu. cum ſim. ſupra allega
tis per tex. in d. clem. paſtoralis. de re iudic. ibiq; Imo.
Pet. de Anch. Abb. & alij. Si uerò nõ ſit notoriè impe-
ditus, admittitur q̃libet de populo, & iudex tenetur il
li credere, dummodo offerat ſe uelle probare, & pro
bet impedimenta, ut uoluit Bar. in d. extrauag. ad re-
primẽ. in uer. neglexerit, & in d. l. quæſitum. & in ter-
minis in d. l. 2. §. ſi quis in iudicio. in fi. uerb. & Inn. &
Io. de Ana. in d. c. ueniens. in i. col. & uidetur eſſe ma
gis cõis opinio, ut ſupra dictũ fuit. Quod cõfirmant
ex ratione. d. l. ſeruum. §. publicè. ff. de procur. cũ ibi
143 not. per Bar. & Pau. de Caſt. † Nam ex quo citatus ab-
ſens põt de cõtumacia cõdẽnari, ut in c. quoniam. fre
quenter ut li. non conteſt. & per totum de dol. & con
tu. ergo ad excuſandũ quilibet de populo poterit cõ
parere, ut ĩ d. §. publicè. & arg. eorũ quę habent p Bal.
& Imol. in d. § ad crimen. Multo magis igitur admit
tetur excuſator cum mandato, ut in d. c. querelam. &
in d. c. fi. quæ iura tamen excuſatorẽ ſimplicẽ non ex-
cludunt, arg. d. §. ad crimẽ. iuncto d. §. publicè. per ſu-
144 pra dicta. Præterea † ex quo in caſu noſtro excuſatio
continet, & cõcernit utilitatẽ regni, & ſic publicã per
ea, q̃ ſupra dixi in primo dubio, ſequit, ꝙ quilibet de
populo, & regno erit ad excuſandũ admittẽdus, arg.
tex. in l. prouinciali. in fin. cum l. ſeq. ff. de noui oper.
nunc. & eorũ, quæ not. in c. ſi quis presbyterorum. de
reb. eccle. non alien. in l. licet. in prin. ff. de procur. &
l. 1. & l. q̃ populari. in fi. cũ ibi not. ff. de popula. actio.
Plura ẽt, q̃ ſupra in primo dubio dicta fuerunt, nobis
pro deciſione huius inſeruiunt, q̃ non repeto, ſed, ne
ſim lõgior, finẽ huic ꝯſultationi impono. Laus Deo.

## *S V M M AE.*

1 *Editio, & copia librorum, & ſcripturarum iterum non facienda ei, cui ſemel facta fuit, & num. 18. ubi id limitatur, & declaratur uſque ad num. 22.*

2 *Statutum cogens mercatores ad exhibendum libros contra ſe, & quòd contra non exhibentem poſſit in litem iurari, eſt odioſum, & exhorbitans.*

*Et de prima uice tantum, & non de pluribus intelligitur.*

3 *Verba ſimpliciter affirmatiuè prolata in materia reſtringibili, & odioſa intelligũtur pro prima uice, & in unico actu uerificãtur.*

4 *Edere non tenetur, nec cogi poteſt is, qui ſcripturam petitam penes ſe non habet.*

5 *Iuramento ſolo quando, & quomodo quis ſcripturas, quarum editio petitur, penes ſe nõ habere probare poſſit, ẽt ſi contra eum legitimè, uel p̃ſumptiuè probaretur, ꝙ prius penes ſe habuiſſet.*

6 *Ad editionem ſcripturarum ex officio iudicis ille tenetur, qui cogitur, & iubetur, ut edat.*

7 *Officium iudicis, & non actio datur, quando lex, ſeu ſtatutum uerbis affirmatiuis utens illa ad iudicem, & non ad partem dirigit.*

8 *Vſurarij, & hebræi iuramento non ſtatur de amiſſione ſcripturæ, quam edere tenentur.*

9 *Ex curſu tẽporis à ſtatuto loci inducto obligatio debiti ſimpliciter non tolli, ſed ex illo unà cum iuramento ſolutio probari dicitur.*

10 *Præſcribunt cum bona fide illi, qui iuſtam ignorantiæ cauſam habuerunt.*

11 *Scientia, & mala fides poſt præſcriptionem finitam non nocet.*

12 *Scripturæ inutilis, & ad iudicij uigorem non pertinentis editio, ſeu copia non petitur.*

13 *Iuramentũ in litem petenti editionẽ ſcripturarũ contra nõ exhibẽ*